

Elias Schedius

**Drama Sacro-Politicum Eliae Schedi, P. L. C. Tragoediam, 27. annos multimodis  
in Theatro Germaniae nostrae ventilatam, Sub Personis: Adadesaris Sabae;  
Adadi Damasci; Davidis Judaeaea; & Thoi Aemathiae Regum , variis  
Purpuratoru[m] Consiliis discepatata[m] velut in Speculo conspiendam  
proponens ...**

Rostochii: Richelii, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn728904144>

Druck    Freier  Zugang





H. M. Lassies

Dop. v MK - 3776

ist ja der vorne bei diesen  
zu sehen

mein zweites Exemplar ist  
in Mecklenb. unter

MK - 3776

eingetragen, was im  
Catalogo zu Cossacken

Cq - 3701 1-3

~~C. H. f. 3701 1-3.~~

DRAMA  
Sacro-Politicum

ELIÆ SCHEDI, P. L. C.

# TRAGOEDIAM,

27. annos multimodis in Theatro  
GERMANIÆ nostræ ventilatam,

Sub Personis:

ADADESARISSabæ; ADADI Damasci; DA-  
VIDIS Judæ; & THOI Æmathiæ REGUM,  
variis Purpuratorū Consiliis disceptatā  
velut in Speculo conspicendam  
proponens.

Ex AUTORIS, uirè à yis, libro V. Vitæ  
Davidicæ, seu IDEÆ Boni Principis  
depromptum,

In Aula GUSTROVIENSΙ præsentatum,  
& in rei literariae commodum

Chara Sigel publicatum ex. Christiani  
AMEA LYNN.

M. GEORGIO SCHEDIO

Rect. Illustr. Schol. Gustrov.

AUTORIS PATRE.

---

ROSTOCHI.

Typis Johannii Richelii, Sen. Typogr. 1645.



Illustrissimo, Celsissimo & Reverendissimo Principi ac Domino,

Dn. GUSTAVO ADOLPHO

Duci Megapolitanæ, Principi Vandaliæ, postulato Administratori Episcopæ

Ratzeburgensis, Comiti Sverini,  
Dynastæ Rostochii & Star-  
gardiæ.

*Domino suo Clementissimo.*

Bis senis vicibus Phœbus duodena per

astra

Absolvit cursum, cum T. E., Celsissime

PRINCEPS

Musa salutabat mea, cum vagitus & auras

Vitai primò haurires: age longa Sororū

Stamina, vitalesq; colos producito celsi

Celsa Propago PATRIS, fæs MATRIS &

ILLIUS auge!

Pluria non repeto. Satis hæc. Quæ ju-  
bila voce

Lætificâ populus per compita cuncta  
sonabant?

Az

In

In quantos ibant plausus? quæ corde  
ciebant

Jubila, quæ manibus miro popysma-  
ta gestu?

Pusio jo vivat Princeps, in commoda  
natus

Communis Patriæ! Vivat jo vivat, &  
annos

Mathusala videat, quo non annosior  
alter!

Sed jam Te reducere accipiam quo mu-  
nere PRINCEPS

Inclyte? quæ Tibi dona feram? Pa-  
læ & Hermæ

Auriferi mihi si fluarent, Tagus ipseq;  
quondam

Vatibus antiquis celebres; nemo mage-  
largus

Me foret in dando, non me Gens Or-  
bis Eoi

Incola Persarum superaret, quâ tamen  
ullus

Non Regem populus lato mactavit in  
orbe

Mikio majore suum, Mikî at hocce  
negatum Cùm

Cum siet, ex **Cyro** solamen snt mihi  
guttæ  
Haustæ utrāq; volæ **sinata**, quas phialâ  
olim  
Aureola exceptas **Rex** asservarier ipse  
Iussit **ARTAXERXES**, quod lymphâ nil  
melius sit.  
At quid ego? Haut equide m **TEDUX**  
ex flumine **Cyro**  
Haustis donat aquis mea dextra, perin-  
dè **sinata**  
Regem **ARTAXERXEM**; sed munere, Tu-  
te quod IPSE  
Inferius multo non dixeris esse **sins**  
Lapsu continuo dilabitur linda, nec tñ-  
quam,  
Ut semel est dilapsa, redit. Non est mo-  
dus idem  
Fluminis ingenii. Quot enim foetus de-  
dit illud,  
Sit modò eis **Geniis**, vivent, neq; fata  
subibunt.  
Talia sunt, ductu **sancti** quæ **FLAMINIS**  
olim  
**In libros retulere Patres de DAVIDE.**

Vivent

A3

Illæ

Illa, quoad liquido pendebit in aere  
tellus  
Ponderibus librata suis Ex flumine tanto  
Deducto NATI Genio, se primul hicce  
Rivulus immitei promanans PRINCIPIS  
horto.

Solicitat. TIBI Opus quid spondeat, In-  
xulta cibis uper clyte PRINCEPS,  
Mox Prophētēgma dabit. Legisse haut  
tædeat illud.

Cū manā porrō nostra DUX tuo in clyte  
Pulvillulo votum sub sternit intimo  
E simplicis ductum recessu pectorū,  
Quo publica rei saltu, felicitas,  
Securitasq; spesq; opesq; Civium  
Velut maniplo continentur omnium :  
Ter optimum rerum Satorem, & maximā  
Regum Ducumq; Principumq; præsidem,  
Strenuumq; vigilem ob eforūq; sensibus  
Ex intimū, ut regio TE stemmate  
Satum, atq; generi commodatum cœlitū.  
Mortalium, interesse contubernia  
Viventium diu velit, fruiscier.  
Tanto ut diu queat DE lumenusculō.  
Propitia tanto Fate favent muneri.

Dedē-

Dedere quod mortaliū aure dexterā  
Benigna alumnū. Adduint & insuper  
Perennitatem non caducam. Melita  
Dubia illa cōspirationis palmula,  
Vtrum tui TE subditi, an TU subditos  
Pietate salvos esse mavelis tuos  
Impensiōre, in omne maneat seculū, triē  
FRIDRICUM ADOLPHUM, sp̄sq̄ resq̄ Pa-  
Cujus bumeris solius incubans DUCEM  
Ultramq̄, Bigam Principum sub hospite  
Jam sole agentem cum tenellis Fratribus;  
DUCESq; NYMPHAS; quicquid atq; san-  
guinū

VENEDI est ubiq̄, dexter a almi protegat  
DEI potenter; atq; P ACEM redditus  
Diutot optatam piūm suspiriis.

Finem JEHOVA exordiumq; nesciens,  
Sapientia, Bonitatis, ac Dices sacer  
Fons ac origo Vota firmet Sanitas  
Et alma P AX sternat et omen!

Illustriss. Celsitud. V.

Subjectiss.

M. GEORGIVS SCHEDIUS,  
Sch: Gustr: Rector,

¶ 4

AG

*Clarissimum & Praestantissimum*

*VIRUM*

**Dn. M. GEORGII SCHEDIUM,**  
*Gymnasiarcham,*

*Victorias DAVIDIS de ADRAZERO & A-*  
*dado Regibus victis & captivis*  
*Spaniānūs promen-*  
*tem,*

ē

*Doctissimis FILII sui*

**Dn. ELIAE SCHEDIL, P.L.C.**  
*piae recordationis, lucubra-*  
*tionibus:*

**S**CEDI, conspicuum Pieridum decus,  
Et nostra Cathedre gloria nobilis,  
Cui sermone diserto dedit entrea  
CHRISTO propitio vis Dialectice  
Sacras Historias arte resolvere.  
In primis memori DAVIDIS inclytè  
Res gestas calamo pandere niteris  
De victis ADRAZERO atq[ue] ADADO Syro.

Et

Et committere eas chalcographis typis:  
Sanet am pia conamina cœlicus  
Collaudat chorus, & Pegasus cohors.  
APPLAUSU probat hoc Schema prosopicū,  
Et grates tibi solvis meritas, polus  
Dum convexat enet sydera, dum mare  
Undas cœruleas volvit, & in SCHOLIS  
LINGUARUM studium floret & ARTIUM.

Deproperab.

Stephanus Hane,

Past: Reinsbag. &

Schola Gustav.

Corrector,

— 6 \* 50 —



A 5

Lectori



Lectori Candido  
S.

Habes hic, Lector benevole, Actum  
primum ex illa, quas promisi Josephi  
mei Prophetae ad temeripsum direc-  
ta. De hac & aliis fortean subsequutu-  
ris, cuius sint, & qua scribendi istorum  
occasio fuerit, mibi videris edocend. an-  
nuniam agitur IX. cum Filius meus ELIAS  
SCHEDIUS P.L.C. piae recordationis,  
Hamburgore rediret, quo tempore occupa-  
tus eram in Josepho meo primitus exhib-  
endo. Interfuis ipse actum non ut otiosus  
spectator, sed et tantoper delectabatur,  
ut ad alia attentanda me inflammaret.  
Erat hoc genus actionum tunc novum. &  
movitas ipsa, ut est genus hominum ad vi-  
denda & audienda insolita proclive, illi  
conciliabat favorem & concursum. Itaque  
facile quod querebat, obtinebat. Submis-  
strabat materiam Absalon Israelite-  
rum formosissimam, Regisque filium, à Patre  
propter occisum fratrem Amnonem pro-  
scriptum.

scriptus, & Joabi operā sub causā fictitiā  
Gesure ex avarā regiā revocatum. Tanto  
autem illa auditorum aplausus excipie-  
batur, ut statim actu finito, quod fiebat in  
Autumno ejusdem anni, pratio subjacen-  
dam conclamarent. Huic etsi non omnīū  
(iverunt enim quidam magni nominū Vi-  
ri viam omnis carnis) tamen plorosumq;  
adhuc viventium voto demum exacto no-  
venio integro satisfactum, dum pronu-  
per utrumq; locem monitu ab amicū vi-  
dere permisi. Haec actiones, ut ad rem ex-  
istere causa Filio meo, Juvenitunc vi-  
ginti annorum, mojus quoddam, & Ma-  
ximum (abst. livor) manibus teri di-  
gnum opus aufficandi. V. debat & au-  
diebat, qua quotidie in Theatro patriæ  
communis gererentur; & quia in histo-  
riā & vitā Davidis multa esse credebat,  
hujus seculi actū iā similia ut vix ova o-  
rum tam simile esse posset; eādem probē  
perfecta & mente agitatā, sensit multa in  
cā contineri, que ad modernum Rom:Im-  
periū statū possē applicari: sub alienā per-  
sonā posse admoneri Principē de multis,

qnp

que non liceret praesentifacere. Nemo enim vivi personam corrigentis facile admittit. Videbat periculose esse nonnunquam Consiliariis liberius admonere Principes. In primis cum de religione sanguineæ bodie sint disputationes, non inconvenienter multa testē videbat posse tradi, quæ sumnum Principem, quem nos Imperatorem nuncupamus, de libero Religioni Lutheranæ cursu permittendo graviter admonerent. Ideoq; se ad operis ipsius Cuicunquepius delineandam mensio accinxit, paucisq; post diebus paucis pagellis, qua adhuc in meis manibus sunt, esufficiendam mibi exhibuit. Erat distinctum in XI. libros. Resq; erat miraculo. & sape cogitabam: Hemerilla etatis juvenem tantum suis fibi humerū omni imponere, cui ferendo vix aro grandior esset! At ille hortanti; desisteret tempusq; studio Juris, cui se consecraverat, daret: respondit: Historiarum Pater, quæ mibi in hoc opere evolvendo necessaria erunt, cognitio; Politica, adeoq; omnes disciplina practica: tum Bibliorum fide-

fidelior lectio; non solum audio furiū non  
oberunt, sed & olim lumen illi addent.  
Addo Sylum, quem plurimorum lectione  
aurorum, qui Tricāt̄ov μέγ̄ος, cām  
varie materia opus sit, de suis conferent,  
alias melius excercere nequeo. Vident  
ergo ipsi propositum & pium & bonum,  
ut cum bono Deo se adscriptionē accinge-  
ret, hortabar. Sed currenti calcar addere  
opus non erat. Anni n. spacio totum opus  
conscriptis & descripsit. Neve fabulam  
putes, vivunt mihi College quos si opus esse  
existimarem, & illi se nominari vellent,  
huj rei testes nominare possem. Sed audio  
quendam mibi obstrepare Val: Maximī  
iudicio de operibus virorum doctorum ab-  
solutoribus, dum dicit: Cunctante style  
etucubratum opus, per omne aevi tempus;  
plenis gloria velis feretur. Et Quintili-  
iani illo: Tardior stylus cogitationem mo-  
ratur, rudis & confusus intellectu careat.  
Nec non Horatii: Sepē stylum vertas, i-  
terum que digna legi sunt, Scripturas.  
Vera haec sunt. Sed me audi. Immorari  
debet in re aliquā, non immori. Etiam

ad

ad alia properandum, que sunt ~~ad~~  
TūλQīcā. Vita insuper brevis, ars lon-  
ga; nec vita nostra est alia nisi vigilia, vi-  
tag, & spiritu tum demum frui videmur,  
cum in iteris tempus omne consumimus.  
Sed ipse satis se tibi purgabit ista p̄fatio-  
ne, quam profixit isti suo operi, cui titu-  
lus est: Idea Boñi Principis; Seu de vita  
Davidis Regis Israelitarum maximè pii,  
victoriosi, lib. XI. Ego ne videar affecti-  
bus indulgero, in quos ferri solent passio-  
nē parentes; hic subfīto, sub calī me-  
nens, Actionē Absalonis pronupē typū  
exscriptam, cuius gratiā hac scribo, Libro  
7. insertam rotidem, quæ à me scripta  
est, verbū reperiri, nisi quod ibi, ne lica-  
na ingratam sacerent lectionem, ferru-  
mine justo adbibito, contextus consolida-  
rūs sit. Sed hæc videbis rectius, si operi illi  
edendo qui sumptus porrigeret velit, Biblio-  
topola quidam sese offeret. Interim ami-  
ce lector vale.

M. G. S.

INTL

# INTAMATIONES

Speciales

L.

Ad

**Illusterrimum, Celsissimum, & Reverendissimum Principem  
ac Dominum,**

**DN. ADOLPHUM FRIDERICUM,  
Ducem Megapolitaniae, Principem  
Vandaliae, Administrat: Episc: & Co-  
mitem Sverini, Dynastam Ro-  
stochii & Stargardiæ,  
*Dominum suum Clementissimum.***

**D**EUS in singularibus rebus exemplorum posuit formam, ut sit, quod imputet imitantibus. In malis quidem hoc fit Deo permittente, & si finaliter perseverare in suis reprobis actionibus contendunt, in sensum reprobum dante, cum nolint Deo meliora suadentiaures dare. Bonos vero, dum bene operantur, adjuvat, & in bono proposito confirmat. Exemplum illorum representat Adadefar & Adad, Sopheno-

1111

rum & Syriae Reges: Hoc d'vero David, Rex Iudeæ. Hujus singula facta, si excipias subagitationem Bathsabæ, & hinc subsequutum in Urius innocentem perpetratum, ut sic dicam, Sicariatum, nec non numerationem populi, suæ bona, & piis principibus ad imitandum proposita. Si enim pietatem ejus consideramus, fuit ille vir secundum voluntatem Dei: Si fortunam, nemo hoc fortunatior. Si divitias, quis unquam maiores thesauros hæredi reliquit illo ipso, & quidem ad pios usus, ut DEO cœli templum inde extrueretur? Si viatorias, vix eæ numerari possunt, ab etiam, qui ipsius factorum est scientissimus; Si Clementiam, hæc ipsum nemo superavit, ne Iulius quidem Cæsar, cuius in hostes clementiam ad stupore usq; commendant scriptores. Pietatem vero hymni & historia ipsa satis declarant. His egregiis, quibus ornatus fuit, virtutibus meritus est David, ut in omnium ore circumferatur. His omnibus moti adum Dramaticum  
ex l. 2.

ex l. 2. Sam. c. 8 exhibere cum D E O  
bono decrevimus, de Adadefare & A-  
daido Regibus sub jugum suum à Davide  
missis; de fæderis cum Thoi & matbitarū  
Rege pacto & renovato; nec non de Con-  
siliū ob Idumæos bello commandos ha-  
bitis. &c. Humilimè autem rogamus,  
ut V. ill. Celsitudo, cum Illusir. Conjug. &  
Prosapia utriusq; generū, pro innata clem-  
entia & favore erga humaniora stu-  
dia & literas huic Actui, vel in schola,  
vel in aula exhibendo interesse, & de-  
suæ præminentiaz tullore illi aliquid  
lucis addere non dedigaetur. Pro  
quo clementissimo favore debita nostra  
officia, & preces nullo non tempore, ex  
debito, Illust. Vestra Celsitudini offeri-  
mus. XI. Apr. 1645.

Illust. Cels. V,  
subjectiss:

M. G. S.

II. Ad

Ad

Illustrissimum, Celsissimum, & Reverendissimum Principem  
ac Dominum  
DN. GUSTAVUM ADOLPHUM,  
Ducem Megapol. &c.

**I**llustrissime, Celsissime & Reverendissime Princeps, Domine Clementissime, omnes eos, quos Deus in sublimi, tanto quam in specula, ad gubernandas res humanas constituit, res ab aliis vel auspicio vel minus prosperè gestas, non ex annalibus saltim quarum libet nationum fideliter consignatu, sed etiam & portissimum è sacra Biblii, vario omnigenarū verum eventus exhibentibus recognoscere posse ac debere, Illustriss. Celsitudo Vesta, me etiam silente, optimè novit. Quoniam hæc certiora minuimus, indubia sunt fidei, ut pote Spir: Sancto in calamum vizu illis æxiomis distante, illisq; magnam dirigente conscripta; eò maiorem merentur admirationem, amorem. & ap-

plaus-

plausum. Illi contrā sapē suspecti red-  
duntur, dum in iis res ab heroiis gestae  
vel inepte laudantur, vel que erant re-  
prehendenda, perperam excusantur. Est  
veritatis & aequitatis studium historie  
scopis. Ad hunc exactissimum & dexterissi-  
mū collimavit Sp. S. scriptor inter omnes  
historicos fidelissimus, quem ullius vanita-  
tū & mendacii anquirere extrema impie-  
tatis esset. Hunc symbolon veracissimum,  
pium, aquum & necessarium erat adire  
omnes, quos D<sup>E</sup>U<sup>S</sup> extare p<sup>r</sup>a aliis digni-  
tate & natalibus voluit. Inq<sup>z</sup>, rebus du-  
biis, si quibus premuntur, cernere velut  
in esopero varios eventus, ne desubito se-  
met & subditos hoc neglecto in barabru<sup>m</sup>  
omnis infelicitati & perniciei dent p<sup>r</sup>a-  
cipites. Si Adadesar Sabæ Arabum,  
eiq<sup>z</sup> succurrens Adadus Damasci Syro-  
rorum REGES huic fidei monito paruis-  
sente, neq<sup>z</sup> suis nimium fisi viribus alios  
sinitimos Regulos pro fungis habitos bello  
tentassent, hostilia q<sup>z</sup>avis in ipsorum  
subditos ausi; nunquam se à Davide,  
erectum DOMINI p<sup>r</sup>aefecto & Archistra-

tege

signo triumphatos, sub jugum servile redactos & Tributarios vidissent. Hanc vigoriam DAVIDIS; perinde & Consultationes de bello Idumeis, qui irruptionem in vales Salinarum fecerant, domandū, & de foedere cum Amabitarum Rege THO Irenovando, dum dramaticè hodie exhibere annitor, omnino æquum esse duxi, Vestrū Illusterrime ac Celsissime Princeps, Museum humilium pulsare, & suppliciter rogando instare, ut, sicut olim Cesar Aristonis, & Pompejus Cratippianum frequentare, non de dignabantur. Ita & Vesta Celsitudo berum & Majorum suorum laudabili exemplo ducta à suis studiis seriis exiguum comparis momentum detrahere, suāq; Illustri presentia hunc nostrum Åstrum dramaticum co-bonestare non de dignetur. Hisce Ilb. Cels. V. mente devota & obsequiosa prosequitur Dei Benignissimi tutelæ commendo.  
Gustroyl X. Apr. Anno 1645.

Illustr: Cels. V.

Subjectiss.

M.G.S.

III, Ge-

III. Generalis  
Ad  
**Magnificos Dn. CONSILIARIOS,**  
**Reverendum MINISTERIUM,**  
&  
**SENATUM URBICUM.**

**S**umma apud priscos juventutis cura  
fuit, quò ex infanciæ cœno ad solidā  
doctrinæ mundiciem perveniret. Illa  
enim preciosissimū hominis ἐργόν,  
quo eō magnitudinis proceditur, ut  
pro mortalibus gloriā æterni fiant. Nā  
uti genus hominum (verba sunt Salu-  
stii) compositum ex corpore & anima  
est: Ita res cunctæ, studiaq; omnia no-  
stra, corporis alia, alia animi naturam  
sequuntur. Igitur præclara facies, ma-  
gnæ divitiæ, ad hæc vis corporis, & alia  
omnia hujuscemodi brevi dilabuntur;  
at egregia ingenii facinora, sicuti ani-  
ma, immortalia sunt. Postremò corpo-  
ris & fortunæ bonorum uti initium, sic  
finis est; omniaq; orta occidunt, &  
aucta senescunt: Animus incorruptus,  
æternus, rector humani generis agit  
atq;

atq; habet cuncta, neq; ipse habetur his  
benè ponderatis vere illi sapuisse vi-  
dentur, qui primitus juventam locu-  
pletissimā doctrinā g. zā imbuendam  
duxere. Deducti ergo in gymnasia, ut  
sincera & integra, & nullis pravitatib⁹  
detorta uniuscujusq; natura toto statim  
pectore arriperet artes honestas; & sive  
ad rem militarem, sive ad juris scientiā,  
sive ad eloquentiæ studium inclinasset;  
id solum ageret, id universum hauriret.  
Ex his prodiere illi viri, quibus tot  
seculis immensæ illæ Rerum publicarū  
moles stetere. Quippè doctrinæ instil-  
latio duplii sine nititur. Primus  
cognitio est rerum, quā nulla huma-  
niorum disciplinarum abigitur. Non  
Geometriæ, non Musicæ, non Gram-  
maticæ, non deniq; ulla ingenuæ artis  
scientia desit. Dialecticæ subtilitas,  
Moralis partis utilitas, rerum motus,  
causæq; cognoscatur: Ita ex multâ erudi-  
tione, ex pluribus artibus, & omniū  
rerum scientia exundat & exuberat.  
ultimus ille scopus, facultas nempè, res  
animō

animo conceptas propriâ & perspicuâ  
otatione explicandi. Quodcunq; enim  
vitæ iter ingredimur, seu sacra tracta-  
mus, seu foro locamus operam, seu  
Æsculapium sectamur, naturæq; sub-  
scribimus; cœlestis eloquentiaæ vis &  
numen exerere suas cogitur vires. Si-  
lentio transeo Romanorum non satis  
laudandum morem, qui Senatum con-  
sulendo audiebant stantes in curiâ Se-  
natores summâ contentione perrogare  
sententias. Ibi expeditus vigor & ad-  
mirabilis eloquentia suas exerebat vi-  
res. Nec nostro seculo planè illa vis inq-  
terriit. Privatas duntaxat Scholas vi-  
dere licet, ne de publicis verba faciam;  
in quibus unicum attenditur, quo &  
exactam Styli curâ, & memoriae cam-  
pum exerceant, ut cum ad maturiorem  
pervenerint æstatem, de qualibet re  
possint discurrere. Is enim Orator est,  
qui de omni quæstione pulchre & or-  
natè, & ad persuadendum aptè dicere,  
pro dignitate rerum, ad utilitatem tem-  
porum, cum voluptate audientium

po.

potest. Hæc sibi, teste *Quintiliano*, illi  
veteres persuadebant. Ad hæc efficien-  
da intelligebant opus esse, non ut fictis,  
nec ullo modo ad veritatem accedenti-  
bus controversiis linguam modo, &  
vocem exercent; sed ut his artibus  
pectus implerent, in quibus de bonis ac  
malis, de honesto ac turpi, de justo &  
injusto disputatur. Huic egregio insti-  
tuto obsecundare cum æquum sit, &  
mos præterea hujus loci, legis vigorem  
obtinens, requirat, *Actum Dramaticum*  
nostra juventus repræsentabit. *Thema*  
*ex Sacro Codice 2. Sam 8,3.5.9.13.* tra-  
stabitur. *Adadus* Rhaabenorum, So-  
phenorum, Syriæq;; quam Cælen vo-  
cant; & *Adadus* Damasci Reges suæ for-  
tis haut satis Patientes, nimiâ felicitate  
in spem delapsi sunt Judææ cum Æma-  
thia se potituros. Itaq; non seculo, non  
virtute *Davidis* æstimatis, undiq; con-  
traxere copias, hostilia in ejus subditos,  
& confederatum Æmathiæ Regem-  
ausi. *David* magnitudine animi nemini  
Regum inferior, contradicis undique  
per

per Duces suos copijs cœpit nominis  
sui & causæ, propter quam purpuram  
aceperat, meminisse. Virtute & cau-  
sæ legitimo tenore id effectum, ut Ad-  
drazerw cum Adado fortunæ admoni-  
tus de alieno invadendo desistere co-  
geretur. Mille falcati currus capti,  
septum millia equitum cæsa, & viginti  
millia peditum. Alterâ clade viginti  
duo millia Syrorum, qui sub Adadi  
auspicijs se immiscuerant, periē.  
Damascus indè domita, præsidium re-  
bellibus impositum, & ex Thauba &  
Barathena, Adadesaris urbibus, æris  
plurimum sibi Victor vendicavit. Cen-  
sum indè egit, & annum vœctigal à Re-  
gibus Davidi pensum. Hac victoriâ  
motus Thos. Æmathitarum Rex filium  
suum Ioramum ad Davidem legatum  
misit, gratulaturus per eum Davidi de  
rebus prosperè contra Syros gestis, gra-  
tiasq; acturus, quod non modò fœde-  
ravoluisset firma, sed etiam suppetias  
mississet ad resistendum hosti. Pete-  
bat

bat etiam, ut foedus anteà contractum  
renovaretur; simul ablata munera, au-  
rea, argentea, ærea. Gratus fuit Juve-  
nis regij adventus Davidi, receptusq;  
est in amplexum. Munera destinata  
sacro Dei cultui ab haut ignaro Rege,  
victoriam non numero aut virtute mi-  
litum, sed solo Dei favore parari. Ad-  
ditur simul deliberatio de Idumæis, qui  
arma parare denunciabantur. Hos  
mox Regis iussu Abisaï devicit. Utiles  
autem Politicorum asperguntur quæ-  
stiones, & demonstratur tanquam in  
vivâ Ideâ, quâ mente Princeps victo-  
riam, quâ fronte victi fortunam suam  
gerere, quo animo victor in devictos  
esse debeat. Proponuntur Pacis &  
Bellî commoda & incommoda, &  
quem Princeps in hoc fortunæ insulta-  
fe gerere debeat. Item an foedus pan-  
gendum, & forsitan cum infidelibus;  
An ab hoc recedendum, si summa ne-  
cessitas urgeat. Hæc verò nonne sum-  
ma discrimina quis existimet, præser-  
tim

tim si intestinum bellum, & cum co-  
federatis-slim geritur? Ita ferro, cla-  
dibus, vastitate terrarum paucorum  
insania luitur. Personas primarias,  
prout in sacris commentarijs Davidis  
ministrasse memorantur, repræsenta-  
bunt Scholæ hujus Alumni, illarumq;  
nomine causam hanc pertractabunt.  
Ceterum dies Actui huic destinatus est  
erastinus, vid. X. April & quidem ho-  
ra i pomeridiana. Ad quem suâ præ-  
sentiâ cohonestandum *Magnificos*, No-  
bilissimos, Amplissimos, Consultissimos,  
Admodum Reverendos, Prudentissimos,  
Humanissimos pariter Literatissimos et  
Præstantissimos Viros, omnesq; omnù fia-  
triu & conditioni literatos, literarumq;  
politiorum cultores, ut argumentis  
hisce, è Sacro Codice desumptis per  
unam alteramve horam in Aula Illu-  
strissimi Principis nostri aures locare, &  
recitationi Thematis non injucundi  
interesse non dedignentur, summissè  
invito; Et ut fiat, quâ par est animi

B 2 sum.

summissione, studio & observantia,  
etiam atq; etiam rogo, me gratum ac  
munem quovis tempore vicissim pro  
modulo agnoscens: Dabam Gu-  
strovii IX die Aprilis A N N I  
M. DC. XLV.

M. G. S.



PRO.

PROLOGUS.

CHRISTIANUS GRAPENGIESSER,  
Barchimio Megapolitanus.

Mediocritate aurea in totâ vitâ quo-  
cunque vertas oculos, nihil reperies  
melius, nihil præstabilius, nihil optantius.  
Præstat, hanc non à privatis solum; sed  
et magnatibus, et qui subditos sceptro  
premunt, in omnibus actionibus et studijs  
et consilijs observari. Stoletos merita  
nuncupes, quos parare divitias per fas et  
nefas, augerere regna et Gazar imbellium  
sanguine juvare. Quanto melius effe, ha-  
reditate acceptu illos frui quietos et ci-  
tra metum; quam cum periculo aliena  
invadere. Viris ur parvo bene, et dimi-  
dium viris obrijs sapienti experiente plus esse  
quam totum, i. e. ut Claudianus hoc He-  
siodi paradoxon explicat.

Vivitur exiguo melius. Natura beatissi-  
mum omnibus esse dedit; si quis cogno-  
vet uti.

Hujus virtutū non observata, sed at-  
to super cilio tempe & exemplū. Auditores  
Illustriss: Clariss: vobis exhibitari nos hic  
sistimus. Thēma nobis exhibebit Sacra  
scriptura, & quidem 2. libri Samuelū  
cap. 8, 7. 9. 13. Tractat idem cap. 19, 3.  
9. 12. primi libri Paralipomēwv. Ego  
militare, ascommodatum maxime his  
temporibus arum nosfissimū. Hbi sub  
Zelo religionū multi querunt regionem;  
alij disceperant, licet ne fidelibus cum  
infidelibus foedera contrahere. Vos  
quæso, vestram nobis in me auscultando,  
ut præsentiam, ita silentium & benevo-  
lentiam, quā antea ibi alia præstò fruistū,  
non denegate, ut animo promptiore & li-  
beriore tè, quod mibi imposicium est, pro-  
ferre licet.

Quā tempestare rerum in Israel pa-  
tiebatur pientissimus Rex David, Adade-  
sar, quem nominare in posterum nobis li-  
cet Adrazerum, natione arabs, Raa-  
benorum Arabum Princeps potentie pa-  
riter & armorum opinione conspicuus.  
catebat à quasi bellorum felicitate suam  
Latifi-

latissime extendit imperium. Excursio-  
nibus & latrocinijs primum infinitimos  
factū crevit: Cumq; totum Arabia deser-  
et tractum usq; ad montana Babylonie  
& Arabia felicē domusset, Æmathita-  
rum etiam Regi Thoī vel Thogu, quino-  
bū Theno posthac erit, injusta arma, au-  
xiliarib; copiū Adadi Damascenorum  
Regū freuū, inferre statuit. Itaq; Jor-  
dānis fontibus transmisit Manasseamiri-  
bum & Napl. h. lida latissimē quālicuit.  
populatuū, immenses Æmathitis colles  
occupavit. Mox quadrato in planuē  
agmine descendens Æmathitis pralis ad-  
verso devictos intra mānia compulit. Le-  
gati à Thenone regatum Davidem sub-  
fidium missi, quod orant, impetrant. Joa-  
bo denunciatum, mature ad militiam pa-  
rati omnibus signū panis obviam irer  
hosticum lectū firmū copiū. Ad quam vo-  
cem tanta subito Æmathidiū oborta suis  
latitio, ut jam debellarum crederent.  
Imperata Joabus fecit, venit in Æma-  
thiam, vidit hostes, vicitq; & Adraze-  
num & Adadum missos Hierosolymam.

B 4 Da.

David ut supplices sibi Reges ad genua de-  
missos & culpam deprecantes audiit, gra-  
vi prius oratione castigatos porneclissimā  
in illos fronte aspergit, & genua petenti-  
bus in signum insimā subjectionū dextram  
dedit; & in gratiam receptū multam u-  
trigz indixit. Sed bellum Davidi na-  
tum ex bello. Idumāi enim vicini ad  
valles Salinarum progesi à Joabo ca-  
duntur, fugantur. Theno postea viso  
sibi latam opem à Rege vicino & hospite,  
Joramum filium in iudaam mittit, gra-  
tulatum Davidi de devictū hostib⁹ &  
subsidio copiosissimo sibi missō. Hie offert  
munera aurea, argentea, aerea, conse-  
cranda Iehovæ summo, qui vicitur tam  
celebrū autor extitisset. Petitq; ut fœ-  
das inter se contrahat, & hospitiij jus-  
ratum faceret & confirmaret. Deli-  
berandi tempore cum suis David sibi opus  
esse responderet, non quod hoc ipsum quod  
peteret, nolit; sed quod mature confide-  
rata feliciores soleant sortiri progressus.  
Id quod etiam factum, & fadis ulro ci-  
troq; habitis consiliū per Davidem fidet

G

& pactorum tenacem ratificatum. A-  
ctio cum si diversimoda, diversis accen-  
sere potest causarum generibus. De A-  
drazero quidem & Idumæis, bello ab Æ-  
mabitu & Iudeo minime lacebitu me-  
ritè quaritur, an jure bello infestarint  
gentes vicinas & innoxias? Ideoq; ne-  
monon. vel me tarente, videt esse in ge-  
nere judiciali. Sed contra legem divi-  
nam & humanam ab ipsis hoc factum es-  
se evenit: scilicet magister ipsos docuit.  
Nemo unquam impune tulit, qui innoxio  
intulit injuras. Haec Deus ulciscit solet,  
ne per tumorem cordu severitas exstat  
immaderationu. Idumæis terram Ju-  
daicam depradantibus quomodo occurra-  
tur. & quo pacto cum Thenone hospitiij  
jura & fœderare renoventur, genus sibi De-  
liberativum dari experunt. Queritur  
enim, nec injuria: an hostes populi Ju-  
daici & Dei veri in loco finitimo vallibus  
nimirum Salinarum castra metati agros-  
que & viros depradati impune sint  
dimittendi & item, an cum Rege  
Barbaro & infideli fœdera sint pan-

B f gen.

genda, veteraque renovanda. Dilabitur porro uterque Princeps alterum laudibus, ut fieri solet, obligi in genus Demonstrativum. Ceterum persperfa est & salita actio bac utilissimum Questionibus: Quando & quibus de causis Principi arma sint induenda? Quem se gerere debeat Princeps in fortunae iniquioris insultibus: quo victor in devictos debeat esse animo. An foedera sint pangenda, si forte usu veniant, cum infidelibus: An illis eadem, ita exigente necessitate, sint renuncianda. Cui parti Princeps consiliorum perplexitate obstupefactus sese applicare debeat. Acta hec omnia sunt & transacta domi Davidis anno mundi 2900. post exitum ex Aegypto 447. A Troja capta 119. R. Davidū post sa. Saulū XI. Eratū Davidū 42. Eupalū Assyr. R. I. Medonū Athen. Duciū 5. Nycij Hetruria R. 3. Latini Sylvij R. Aborigineum 14. A reditu Heraclidarum in Peloponesum 39. ante Christum natum 1064. Personæ actionū huius per tractationis inservitata describuntur nobis.

nobū in sacru Bibliū , querum nōmina  
inde mutuari nobū integrum esse arbitra-  
mūr . Ceterum perfectum quid & numerū  
omnibū absolutum . Aud : Illustr : Clatiss :  
hic à nobū exp̄petatur ? Perfectum , ut  
scitū , in hac verum omnium imperfectio-  
ne nibil datur . Aspiramus omnes ad  
perfectionem sed non nisi imperfectione  
hac per mortem deposita . Et quid per-  
fecti cadere potest in rerum adhuc minus  
expertos ac rebus forensibus militaribū  
que inassuetos . Pauci etiam intersunt ,  
quibus hujusmodi actionibus interesse an-  
tidac licuit . Idcirco si quadam dabi-  
tū cruda , minuque cocta , minu ma-  
tura , infantie p̄ero nostrā dabitū , &  
ātejice , ut qui in hac palestra minus  
sumus exercitati . Mos quoq ; nobū erat  
gerendus Praceptoribus , qui toti in hoc  
sunt , ut nos se meliores faciant ; de quo  
fibi , si contingat , gratulabuntur , nulleq ;  
livore ducti in videbunt . Hoc ipsorum vo-  
rum , hac suspiria , ne labor in Domino ab  
ipsis in nos formandos suscep̄tu cadet ina-  
nū & iritū . Huic ipsorum postulato

B 6 non

non subscriptisse religio erat. Vos aquū  
adeste animū. O res, qua sub schemate  
peregrino tractantur, cognoscite cum si-  
lentio. Audieris forsitan hic, & videbitū  
ea, quibus similia in theatro Germanie  
nostra nobili quondam & felici, nunc,  
beu dolor! deserta & ab in colū derelicta  
veriu, quām habitat̄ terrae similius hi-  
sce 27. annū à tragœdie hujus minus fe-  
licius exordio, cernerelicuit infinita; Ulti-  
nam vero ultima! sed jam pernoscite,  
quid suā quondam sorte contentus felix,  
jam aliena inbiens infelicissimus  
sibi velit Adrazerus. &c.

-06(0)80-

Com.

()

## Contenta & Dispensa-

*totius. alio.*

PROLOGUS totius negocij Perio-  
cham proponet.

AHIMAAS, quā fortunā bellum cum  
ADADESARE sit gestum, edisserit.

DAVID victoriam Deo adscribit, nō  
tumidus, non insolens.

ABISAIS Reges captivos Davidi sistit.  
ADADESAR supplex veniam rogat

DAVIDEM.

ADADUS idem facit.

DAVID susceptis in gratiam ignoscit  
multā priūs imperatā.

## Consultatio I. de Idumæis

*justo bello compescenā.*

ETHEUS Idumæos Israelitis bellum  
minitari docet.

DAVID cogit concilium de Idumæis  
bello domandis.

B 7 JONA-

**JONATHAN** per Fecialem, qui res re-  
petitum mittatur, rem prius suadet  
agendam quam directis in hostem  
signis.

**BENAJAS.** subscribit Jonathanis sen-  
tentiae.

**CHUSIS** eadem agit; & insuper addu-  
cit publica & privata incommoda,  
ex bellis promanantia.

**ACHITOPHEL.** Regem ad arma su-  
menda inflammat, adductis causis,  
quibus illud licere demonstrat.

**DAVID** consiliorum perplexitate mo-  
tus audire cupit reliquos.

**ABISAIS** injuriam hostium justis armis  
retundendam suadet.

**ETHEUS** Idumæis aliena invadentibus  
licito occurrentum bello Statuit,  
Deo fatus, qui suis in causa justa  
nunquam defuerit.

**DAVID** Abisain Legatum in Idumæos  
destinat.

**ABISAIS** sibi etsi indigno maneris ob-  
lati gratias agit, promittens in expe-  
diendo fidelitatem.

Con-

**Consultatio II. superfœ-**  
**dere cum Rege Æmathita-**  
**rum renovando.**

**Præco JORAMI, Æmathitarum Prin-**  
**cipis, DAVIDEM de adventu ejus-**  
**dem edocet.**

**DAVID JONATHANEM & BENA-**  
**JAM ex Proceribus JORAMO mit-**  
**tit in occursum.**

**JORAMUS** gratulatur DAVIDI ob-

tentam de ADRAZERO victoriam,  
scodusq; cum Patre suo sanctum re-  
novari petit.

**DAVID** benè JORAMUM sperare ju-  
bet; consilio tamen prius Purpura-  
torum sibi opus esse dicit.

**JORAMUS** in responso acquiescit, si-  
mulq; surgens cultu Regem officioso  
prosequitur. A DAVIDE ad januam  
deductum Purpurati comitantur.

**DAVID** ad deliberationes Purputatos  
adhibet.

**ÆLIUS** fœdera probat ista cum vici-  
nis, potentibus, etiam Infidelibus.

**Ex.**

Exemplo Gentilium Principum, quā  
imperarunt Israēlitis, justo DEI, pec-  
catis populi irascentis, judicio. Item  
Patriarcharum, qui foedera cum In-  
fidelibus contraxerant.

**ELIESER** ejusdem est opinionis.  
**OSEAS** contradicit, refutans argumen-  
ta in medium adductas.

**ASRAELAS** incommoda, quæ ex fœ-  
deribus & à peregrino milite expe-  
ctanda sint, commemorans **OSEAS**  
ad stipulatur.

**JOSAPHATUS** fœdus cum Infidelibus  
pangendum non improbat, modo  
non sit lubricum, & ex quavis caufa  
rumptur. Quanto fœdus Äma-  
thitarum Israhelitum emolumento fue-  
rit, subnectit.

**DAVID** Jonathanem ablegat **JORA-  
MUM** accessum. Præsente hoc  
pacta renovat.

**JORAMUS** fœderum confirmatorum  
agit gratias.

**DAVID** Purpuratis **JORAMUM** ac-  
censet.

EPI.

EPILOGUS subjungit quædam de A.  
DADESARIS ortu, successu, &  
quæm inter fortunæ obsequia minus  
tyrannidi & affectibus imperare po-  
tuerit. Contrà surgit in laudes DA-  
VIDIS, ab his omnibus alienissimi.  
Quousq; etiam, & quibuscum fo-  
dera sint fangienda docet, ne Deus  
lædatur. Et ita finem im-  
ponit.



AHI-

# AHIMAAS.

FRANCIScus Behne / Templi-  
no-Marchiacus.

**T**antæ est mortalibus regnandi  
libido ! tanta, aliena invadendi  
pellacia ! Nemo se regno in-  
dignum putat. Ita cum natu-  
rà comparatum humanâ, facilius nos  
ipsi imperamus, quam alij imperandi  
facimus potestatem. Proclive ad hoc  
mortalium pectus. Quam temerita-  
tem si rejecisses, ad aedesar, feliciori mz-  
castor fortunâ fruereris. Sed fortuna  
animum excæcat, & aliena appetendo  
proprijs excidimus. Hoc Sorsis ludi-  
brium, hicclusus. Adeò omnia hæc  
versat. Post eam rei militaris virtes  
in bello præstat omnibus ceteris. Hanc  
præsertim, augustinime Regum, elucere  
ipsem fateberis. Ita aeriter & con-  
cursum

cursum & pugnatum est , ut dubia ste-  
terit victoria , cui se exercitui dedicaret .  
Jamenim à calenti digredior prælio ;  
nec injussum hoc factum . *Joab* me  
huc misit . Ille in mandatis dedit , ut  
secundum prælij decursum tibi an-  
nunciarem . Expedit enim , lauream  
scire . Procerum animos erigit Sors , &  
fortunati Principum progressus , quos  
tibi favere vel hodierna pugna maxi-  
mo arguento est . Potentissimus  
quippè Syrorum *Adad* *esar* *Rehabides* ,  
*Emathitarum* provinciam depopu-  
lans , sociis populi Judæi gravem inju-  
riam inflixerat . *Suo* ex arbitrio finiti-  
morum Regum ducebat fortunam , nec  
armato sibi nihil nisi cæde , nisi sanguini-  
ne negaturos rebatur . Tantum terro-  
rem finitimis invexerat , ut ne resistere  
quidem auderent . At *Joab* grave vi-  
sum , Socios opprimi ; grave visum , re-  
gionem foederibus tutam spoliari . Præ-  
stat enim , miseris succurrere , quos  
antea fortunæ radius commendavit .  
Paratus itaq; id præstare , quod à te ,

*maxime*

*maxime Regum*, in mandatis habebat,  
curaret, videretq; , ne quid damni Re-  
spublica acciperet; Repetitum res ab-  
stractas legatos misit. Superflua hu-  
manitas hosti armato animo addidit,  
*Joabum* non audere se prælio commit-  
tere. Nec quicquam hac legatione a-  
ctum. Ignominiosè dimissis injun-  
xit, quid Judæo cum Æmathita inter-  
cederet; se jure suo uti: Provinciam  
hanc majoribus suis vestigia pene-  
disse. Hoc jus se repetere. Si *Ithno*  
abnuat, se jure suo usurum; si resistat,  
non æquè se Deos iratos habere, quo  
superbum non possit ejicere regno.  
Judæos, si offenderet quicquam contra  
se moliri , armis coerciturum. Ita  
frendens ludibrio habitos dimisit, sta-  
timq; , ut irâ maximè servidus est, ca-  
stra movit. Fulgentibus signis plena  
acies exundavit in campos. Illic totam  
depopulatus regionem incendiis jus-  
suum vindicare statuit. Mira hæc  
*Joab* videri , præsertim cum præfra-  
ctum monuisset, ut talibus abstineret.

Con-

Concilio habito cum Ducibus & Præfectis renunciaverunt legati responsū. Extimulatus hoc, non diutius distulit opem. Buccinā mox colligendi vasa signum dedit. Impiger miles impe-  
rata fecit, & quilibet sub signis suis pro-  
cessit in medium campi. Tribus con-  
tinuis diebus exercitus viam emensus  
est; ubi quartus illuxit, circa meridiem  
in conspectu hostem habuit. Exiguus  
torrens utrosq; divisit, ne eo die con-  
grederentur. Et Joab<sup>us</sup> gnarus mili-  
tem itinere fessum prælio abstinere vo-  
luit. Craftina ut dies illuxit, instru-  
ctæ utrinq; acies pro vallo stetere Pla-  
nities inter utrosq; modica erat. Hæc  
ad pugnam destinata armis undiq; &  
signis fulgebat. Judæa acies sibi con-  
stans, sibi similis & hominum & armo-  
rum genere. Medium aciem Joab<sup>us</sup>  
tenuit. Dexterum cornu ab<sup>is</sup> ei datum.  
Sinistro Jasabeam præfuit. Hæc justa  
acies. Cetratos Eleazar æquatâ instru-  
xit fronte. Juxta hos equites levis ar-  
maturæ positi ad duo millia; in hos

Samma

Samma imperium obtinebat. Lævum  
cornu ad flumen erat, ita ut videretur  
talibus auxilijs non egere. Addidit ta-  
men in omnem eventum turmas ali-  
quot lætissimorum equitum. Extre-  
mam aciem claudebant, qui ex Thene-  
tū acie liberatoribus suis se adjunxe-  
rant; Ceteri præsidio reliqui sunt ca-  
stris. Regia acies varia multis genti-  
bus, varia dissimilitudine armorum  
fuit. Viginti millia peditum medium  
obtinuere aciem. Ad latus dextrum  
septem dispositi millia equitum, qui  
bus decem adjuncti, qui pedibus sti-  
pendia merebantur. Eandem arma-  
turam lavo præfecit cornu. Ante me-  
diam aciem falcatos constituit currus.  
Ipse in dextro pugnam expectabat,  
confisus multitudine, cuius fiducia  
hostium spernebat copias. Ibi Duces  
munia sua obiere admonendo, in-  
struendoq; exercitum, classicum u-  
trinq; infremuit. Falcatæ primò  
quadrigæ impetum fecere; Huic tamen  
cepto fortuna absuit, illis se pertur-  
ba;

baturum hostium aciem crediderat 4-  
datus erat Adeò sapè optimæ hominum  
consilia & Sors , & locus destinauit !  
Armatæ autem erant acutæ Cuspi-  
des circa temponem à jugo exibant de-  
cem cubitorum : Cornuum vice fun-  
gebantur. Illis obvia quæq; transfi-  
gebant. Binæ in extremis jugis emi-  
nebant falces: Altera jugo æquabatur,  
altera in terram devexa prolapsos, sub-  
euntesq; continebat. Ab axibus ro-  
tarum binæ similitèr exibant falces,  
quæ, quicquid à latere tangebatur, ab-  
scidebant. Sic armatos ante primam  
frontem locavit currus. Ubi Joabus  
tale genus pugnæ vidit, aliud commen-  
sus est. Continuò levis armaturæ  
pedites prodire jussit. Illis addidit  
paucos jaculatores equitum, non con-  
fertos; Hos excurrere jussit, clamor-  
remq; undiq; tollere. Illi verò, quic-  
quid ad horrorem valet, cumulave-  
runt impigrè. Tela quoq; arcubus  
excusa, cum pilis infesto ingruerunt  
imbris. Dissoni clamores & vulne-

rum

rum violentia feroce*s* consternavit e-  
quos. Medio igitur campo acriter de-  
cursum. Impetum tamen, rabiemq;  
ferocientium expediti funditores agili  
declinarunt motu; equitumq; turma  
insequens terrorem auxit praefactis.  
Palantes jam & paventes toto exigun-  
tur campo; & spectaculo magis qua-  
drigarum decursus quam auxilio vel  
terrorifuit. Tunc justam ad pugnam  
utriq; descendere. Ceterum gravi-  
ter animos commovit equorum tu-  
multus in extremâ acie stantium, ita  
ut quicquid ageretur, nescii inter spem  
metumq; anxij haererent. E longin-  
quo etiam rumor delatus, Regem jam  
eccidisse, graviorem incussit terorem.  
Mox in fugam versi cataphractos de-  
stituere equites. Ad quos cum abfusis  
infestâ cohorte delatus esset, pars eorū  
sustinuere impetum. Alij fusi, alijs  
ob gravitatem armorum oppressi cer-  
vicem posuere. Totum deinde lœvum  
cornu inclinavit. Turbati etiam  
auxiliares, qui equiti in medio agmine  
auxilio

auxilio erant, usq; ad medium agmen  
detulerunt errorem. Ubi *Joab* se jun-  
xit, acriori motu implicitæ sunt acies.  
*Adeptum* indè spatum sagittis, fun-  
disq;. Vix phalanges hastarum operā-  
uti poterant; vix equi in turmis verte-  
bantur. Ita omnibus acriter æstuau-  
tibus, nemo tamen aut vires *Joabi*, aut  
animum æquabat: quamvis & *Hada-*  
*desar* æmulatione terribilis memorabi-  
lem pugnam ederet. Ille toto die ni-  
hil omisit, quod strenui Ducis esset.  
Brachium vidisses sanguine tintum;  
vidisses nunc hostibus instare, nunc  
suorum benefacta laudibus prosequi.  
Exundabant jam rivuli, & torrentem  
sanguis, ex cæsorum corporibus ma-  
nans, auxerat, ut solito major etiam  
prolapsa veheret cadavera. Luebant  
paucorum insaniam insontes; & ex  
Ducum odio suam metiebantur iram.  
Per aliquot extactum horas prælium  
est, donec victoriam visa sunt matura-  
re fata. Media quippe acies dum acri-  
ter pugnam miscet, à suis equitibus de-

C      stituta,

stituta penitus prostrata est. Illi enim  
spe præde opulentiores Judæorum, qui  
bello ceciderant, spoliantes fortunam  
mutarunt; Et nescio, quis equitum  
dum equo delabitur, actum de fortunâ  
publicâ conclamavit. Quâ voce, ceu  
Diaji fulmine percussis ita alienati sunt  
animi, ut non de pugnâ, non de resi-  
stendo amplius cogitarent. Institit  
victor *Iacobus*, & terrore paventes  
penitus in fugam convertit. At dextrum  
cornu, cui *Rex* ipse praerat, ita inve-  
ctum est in sinistrum Judæorum cor-  
nu, ut gressum eogerentur referre. Vi-  
derat enim auxilio destitutos ob fidu-  
ciam fluminis. Circumibat etiam à  
tergo incautos. Jamq; res ad cædem  
spectabat, cùm è castris subsidio venita  
lia turma. Illa stare primò, deindè re-  
dire in pugnam jussit fugientes. Pavo-  
rem & turpem increpabat fugam. Ubi  
verò *Eleazar* obstinatos ad fugam vi-  
dit, signum suis dat, ut in fugientes so-  
cios ferrum dirigant. Illi graviter im-  
perium exequuntur. Ferrum & hostes

ingerebant. Undiq; hoc eoruscans a-  
nimum addidit, ut verterent faciem, ut  
de resistendo hostibus cogitarent. Ad-  
junxit se etiam ala equitum in mediâ a-  
cie. Invecta illa in regium equitatum  
nobilia & divina eo die opera edidit,  
resistens, ne verteretur fortuna gentis  
Judææ. Omnia cædibus & sanguine  
fulserunt. At *Adas desay*, nihil territus,  
ferocientium faciei acriter restitit, do-  
nec fusos suos in medio agmine, & læ-  
vo-cornu vidit. Ratus demùm, Diis  
invisis agmina mota expavit letaliter.  
Animo perterrefacto, consilio hoc a-  
micorum dans, in fugam vertit eqvum.  
Excedentem acie insequuti sunt, quo-  
rum integri artus erant, intactiq; ferro.  
Septem millia equitum eo prælio op-  
pressit virtus Judaica. Impeditos gra-  
viarmaturâ & mole suâ obrutos inter-  
emit pugna. Peditum viginti millia  
caput posuere. In castris quoq; ingens,  
& propemajor cædes extitit. Pleriq;  
enim in castra delati erant, quorum  
virtus luxata erat ferro. Nec ipsi acri-

C 2              ter

tēr restiterunt, quibus imperium in-  
junctum erat de castris tuendis. Mille  
quadrigas Joabus eo die cepit, omni  
genere armorum instructas. Et illo  
quidem die Victores, direptis hostium  
castris, cum magnā prædæ copiā, ad  
sua reversi sunt. Ilicò vocatus sum à  
*Joabo*, ô Rex! Volebat enim tantam  
tibi nunciari victoriam, quod se tibi  
probaret. Hujus auspicio iter ingre-  
sus sum. Ille augustam hanc victoriam  
tibi maximè gratulatur, & quid geri  
debeat, & quid agi per fratrem suum  
*Abiasin* te rogare cupit. Rumor enim  
est, tertio ipsum die post meum abitum  
castris excessisse: Interim dum ille præ-  
dam advehit, dum se itineri applicat,  
me nuncium tantæ laureæ misit. Quā,  
ut acta sit, audisti, ô REX! Supereft, ut,  
quid statuas, tecum ipse cogites. Præ-  
stat enim victorem omnia eo volvere  
animo, ut, quid sibi emolumento, quid  
laudi sit, maximè agat.

DA.

133

# DAVID Rex.

JOHANNES Holtorff / Solituellà  
Marchiacus.

Nullum bellum à Civitate optimè suscipitur, nisi aut pro fide, aut pro Salute. Fides sanè impellit, ut ijs auxilio succurramus, quibus societate, & auxilij pacto juncti sumus. Hinc oportet injuriam passos pro se ipsis armam capere, sive pro cognatis, aut beneficiis; item pro socijs, si injuria opprimuntur. Injuriam propulsare fortis Virtus est, qua et si depelli possit, ferre illatam multò fortioris est. Sed privatum hæc fortuna decet; In publica aliud dicendum; quis enim non exacerbat, cum videat sordidati amicos aliorum violentiâ? Ideo & justè à nobis actum esse opinor socijs auxiliando, superbis resistendo. Tyrannorum cupiditates sunt infinitæ. His imperium cupientibus nihil medium inter summa, aut præcipitia. Natura quippe mortaliūm avida Imperij, & præcepis ad explendam animi cupiditatem.

C 3

More

More humani ingenij, quo plura ha-  
bet, eò ampliora cupit ad adesar. Ille,  
ut in vobis, *Purpurati*, constat, injustè  
molitus est bellum Æmathitarum Regi  
*Thenoni*. Huic succurrimus per no-  
strum belli Ducem *Josahum*. Hic ea-  
mente prælium in ijt, ut victoriam spe-  
raret, mortem non recusaret. Ho-  
nestam quippe mortem fortis Viri vo-  
to quoq; expetunt. Huic victoriam  
Deus concessit, bonitate causæ motus.  
Dei sanè proprium hoc, inexorata be-  
neficia præbere fessis, atq; invalidis re-  
bus & multiformi semper asperitate  
vallatis. Quicquid humana ope ma-  
jus, Deo permisi curandum, ille, meis  
rebus semper favit. Hinc initia Regni  
mei rerum omnium *DOMINO* dedicavi,  
dabit etiam virtutem, dabit victoriam,  
qui contulit dignitatem. Necessaria,  
nec prorsus voluntaria eligentes peri-  
cula Deus semper adjuvat. Huic pri-  
vatus vel militans servit, qui fideliter  
eum diligit, qui Deo regnat autore.  
Ardentes gratiæ huic dicendæ. Deus.

vindex

vindex Superbiæ. Scit ille, socijs o-  
pem latam; non consulto aliena à no-  
bis petita. Nec tamen hisce victoriis,  
quas infinitas de finitimiſ Cælicum mi-  
hilargitum est Numen, elatus unquam  
fui. Difficilimum hoc, ut gradus ho-  
noris tumorem non pariat animo.  
Plerumq; Victoria benevolentia exuit.  
Contubernium Victoriae tumor & fa-  
stus. Sed laribus hæc nostris excédat.  
Necessarium ad has gerendas hominū  
benevolentiam officijs & comitate  
mereri. Austeritas verò solitudinem  
amicorum parit. Asperitas odium  
movet. Principes in splendore pub-  
licæ dignitatis memores sint propriæ  
conditionis. Patres fint & mariti;  
aut si teneriorem noverint affectio-  
nem, utantur eā, amari magis studeāt,  
quām timeri. Amantem odiſſe quis  
potest? fædissimum in dilectione su-  
perari. Summa sapientia in ancupe  
est scire, quo genere ciborum singu-  
læ delectentur volucres. Principi in-  
cubit amore & reverentiâ sui omniū

C 4. favo-

favorem mercari. Amor nullo magis,  
quām seipso, emitur. Laus & charitas  
vitæ sine metu degendæ præsidia fir-  
missima. Nihil optabilius, quām ut  
ij. qui potestate & dignitate præstant,  
tantum suis prodeesse velint, quantum  
opibus & gratiâ valeant. Nihil aptius  
ad opes tuendas, quām diligi. Salva  
esse societas, nisi amore & custodiâ  
partium, non potest. At qui mune-  
ribus amorem pollicentur, exitium  
pollicentur. Malè profectò illis con-  
sultum, qui amorem emere coguntur.  
Hujusmodi ego ministris non libenter  
utar, quos sciam necessitate ministra-  
re, obliviscuntur locupletati amoris.  
Sordidum Regi est esse præbitorem.  
Nunquam improbæ spei, quod datur,  
satis est. Inexpugnabile munimentum,  
munimento non egere. Sed quid meus.  
**A**bisau novi affer? Hunc enim ad me  
jam contendere video. Et dic **A**bisau,  
ut valet, ut vivit noster exercitus? Est  
ne tantum victoriæ nomen, ut nobis  
relatum? Ingenti me obrues lœtitiâ, si

fe-

felicis prælij eventum famæ parem au-  
divero.

## ABISAIS.

JOACHIMUS SCHWARTZOPFF

Rostoch Megapol.

Et virtus tua, & amicum fortunæ  
fidus, Imperator; ita à fatis gubernan-  
tur, ut individuum contubernium du-  
cant. Hac enim lance æquatur Im-  
perium tuum, ut perenni viventium  
laude, omnium inseratur ori. Po-  
tentissimæ hoc tuarum victiarum  
faces conciliant; omnium oculos suo  
occæcant fulgore. Lymphati poenas  
dedere, nefariâ mente tuam majesta-  
tem lacessere ausi. Nam de Adrazero  
haut dubiè nosti, ô Rex. Ut vixtus, ut  
domitus, ut fugâ sibi consuluerit, famâ  
tenes. Hunc tuo auspicio Joabu devi-  
cit. Nec hac solum pugnâ decerta-  
tum est, Restabat altera, & ipsâ forsi-  
tan gravior. Sed ne pleribus, quâm  
par est, te detineam, dicam, quod res  
est. Domita est & hostis injuriæ sub-  
tracta Æmathia; adatus ipse pugnam

C 5      instru-

instruxit, acriter pugnavit. Sed vicitus  
tandem Damascum fugit, & inibi fortis  
expugnatione captus nostris cessit ma-  
nibus. Ita potitus victoriae, felicissime  
Imperator, me frater dimisit, ut tanta  
belli pignora tuo conspectui exhiberet,  
ut in potestate eos esse & adduci scires.  
Exemplum insigne calamitatis, muta-  
tionisq; rerum humanarum. Quid  
cum eis agere velis, tuatae majestas, &  
animi æqua dexteritas docebit. Nos  
tibi hos sistimus, & victoriam totius  
exercitus nomine magnificè gratula-  
mur. Summus ille O:bi Monarcha,  
cujus sceptra nubes regunt, quem ma-  
nes, & quicquid mundus continet, tre-  
mit, veretur, pavescit, palmam hanc  
nulla calamitate delibet. Augustissi-  
mum tuum nomen floreat. Floreat  
nominis tui majestas, donec vel ulli  
vates erunt. Nec lauream ulla tem-  
pestas delibet. Quicquid optes, Deus  
vota præveniat. Sic gloriam tuam,  
tuam fortitudinem ceteræ suspicient  
gentes. Nec ætas hanc memoriae au-  
feret.

feret. Æterna erit historiæ genio. Tu  
modò fruere felici munere fatorum:  
& demùm victoriae tançæ gaudium  
persentis...

Hu dictu d' seedit Reges adducturus:

Quos ut Davidi sicut, ita faro pergit:

Tumultuantes hic habes, Regum  
felicissime, qui nulla lacessiti injuria  
contra Iheronim confederatum, gen-  
temq; Judaicam bellum intestis animis  
suscepérunt, quò se, regnaq; sua ad ul-  
timum discrimen adducerent.

**ADRAZERUS**, Supplex.

MARTINUS Wägener / Gryphen-  
bergà Pomeranus.

Haut sum ignarus, Imperator, i-  
gnominiae, non honoris causâ nos huc  
usq; servatos, adductosq; huc non tan-  
quam Reges, sed tanquam reos, sed  
tanquam infelicis belli insignia. Ego  
tamen, quando nseq; de noxâ nostrâ,  
nseq; de pœnâ retulisti, omittam de-  
fensionem. Haut enim ignari estis  
fortunarum humanarum. Et in me  
intueri decet, quâ perstrictus tempesta-

C 6 te,

te, pessundatusq; fuerim. Ita enim  
cum mortalibus comparatum, ita diri-  
guntur stamina humanæ vitæ. Nullis  
fortuna infestiū irascitur, quām quos  
indulgentissimè fovit. Hoc mihi etiam  
evenit. Hic Comètes meam domum  
percurrit. Excivit seditionem fero-  
cissimam, excivit excidium mihi, re-  
gno, meisq; omnibus. Penates mei  
hoc pestifero sideris afflatu consumpti  
sunt; conflagravit regia, ipsa deniq;  
fortuna terga dedit. Quis Pan, quæ  
furia lymphatum excivit? Insanij,  
mæcastor! cùm hostes, privata & pu-  
blica foedera omnia ex animo ejeci.  
Vanus me fulgor repetendi res meas  
decepit; Vana instigatorum monita  
dedere fidem, nihil meis armis obstitu-  
rum. Hæc furia, hæc pestis omnibus  
delinimentis animum meum evertit,  
penitus abalienavit. Nec quies men-  
tem obtinuit, donec manibus nefaria  
arma indui adversus hospitem, adver-  
sus uum amicum Ideò nihil in hoc  
bello, maxime Regum, humanis consi-  
lijs,

Ujs., humanâ ope gestum est. Dij  
immortales nobis mentem ademerût;  
nec nos in bello satis eavimus. Perditio,  
tamen atq; afflito mihi hoc in misere-  
rijs solatij est, quod à tanto devictus  
Rege fuerim. Et quia de me jam actum  
esse reor, precor, ne quis Syriæ Rex,  
quam tu, tam justus hostis, tam illu-  
stris victor existat. Jam enim quid a-  
gam dubius sum. Sermo lenis omnem  
fremitum laxat; Asper remissum et  
iam ad iram concitat; Iraq; hanc meam  
pristinam obliviscor sortem. Opu-  
lentia usura est, à fortunâ ad breve  
tempus concessa. Non tamen animū  
despondeo; Fortuna opes auferre;  
non aninium potest; In mores jus non  
habet. Virtutis veræ magnitudo ca-  
lamitatibus approbatur. Crescit in  
adversis Virtus. Virtutem injuriæ  
non frangunt, sed acuunt. Hinc nec  
bellum inter spolia Virtutem abducit.  
Patriam amisi; Patria est, ubi cunq; Vir  
fortis sedem sibi legerit. Regno ca-  
reo; hoc mihi adversa sors, quæ dedit,

C 7 eripuit.

eripuit. Diadema pedibus tuis subiec-  
cio; quid enim ornamenta prosunt  
perditâ Imperij dignitate? Victor in-  
me statues, quod hic dies tibi suadet,  
quod expertus es, quâm caduca felicitas  
sit. Experiendo discitur, quâm arduum,  
quâm subjectum fortunæ cuncta re-  
gendi onus. Quid serus vesper ve-  
hat, incertum est. Anceps, praesenti  
credere fortunæ. Victoria tanè infor-  
lens res, & quæ etiam moderatis ani-  
mum vertit, mentem mutat. Regi-  
frenis nequit, nequit capistro. Of-  
ficium optimi Ducis existimandum  
est, posse non solum vincendi, verum  
etiam cedendi tempora perspicere.  
Benignitate & clementiâ hostem vin-  
cere, quâm armis præstat. Ignoscentia  
utilis rebus humanis. Venia ultione  
potior. Moderationis certissimum  
indictum, ne viciis quidem superbè im-  
perare. Desperatione enim in auda-  
ciam accinguntur. Ignaviam quoq;  
necessitas arguit, & sape spem addit  
desperatio; Ergo ab hoc animum ab-  
stine.

ffine. Ubi satis terrueris, rursus irri-  
tamenta pacis ostenta; nec in nostram  
terram desævi. Tua est; tibi paret,  
tanquam victori, tanquam suo Regi;  
nec aliud terram hostium cense, quam  
obsidem. Et hoc eò magis, quò cul-  
tior. Quæ ignibus urit, quæ gladio me-  
trijubes, aliena putas? Tua sunt. O  
rientem fortunam moderatè & pru-  
dentè ser. Non enim solùm felicitas  
in malo ingenio avaritiam, superbiam,  
ceteraq; occultam mala patefacit: sed re-  
bus secundis etiam egregij Duces in-  
folescunt. Hinc rara magnæ fe-  
licitatis concoctio est. Naturam ple-  
rumq; fortuna corrupcit: huic cùm  
se permisere homines, etiam naturam  
dediscunt. Superba est felicitas. Mi-  
ser ille, qui in bello ob res secundas  
exultat! Nescit sanè, nescit, quam in-  
fida superbia se extollat. Nunquam  
diu eodem vestigio stat fortuna; sem-  
perq; homines, quantamcunq; felici-  
tatem habeant, invidiam tamen sen-  
tiunt majorem. Nec invidiam tan-  
tum:

193.4.B

um: ipsa quoq; victos belli docet ar-  
em. Nec contra hanc cauta est mor-  
alitas; habet has vices conditio mor-  
alium, ut adversa è secundis, secunda  
nascantur ex adversis. Hæc me vicis-  
titudo consolatur. Non semper erit  
imber; etiam Sol aliquando radios  
suos attollet. Tempestatibus non  
semper pervium mare; animo per-  
suasum habeo, & mihi olim latiorem  
fore fortis voltum. Hæc spe suffulcior,  
lenitate tuâ confisus. Tuæ me boni-  
tati huc sisto, quamvis libertatem ne-  
mo bonus, nisi cum animâ simul a-  
mittat. Exire tamen vitâ suâ propriâ  
manu, inhonestum & impium duco.  
Malus ille miles, qui Imperatorem  
suum gemens sequitur. Hujus de-  
creto, ut æquum est, pateo, Delegi fre-  
nis, atq; obtemperare justitiae divinæ,  
summa libertas est. Diadema, sce-  
ptrum, deniq; meipsum tuo sisto tri-  
bunali, paratus omnia perpeti, quæ  
Victori hodierna imperat felicitas in-  
victum parare. Laudabilius tamen  
duces,

duces, cùm potueris perdere, ne percessis;  
quàm cùm parcer e potueris, perdidisse.

**ADADUS, Supplex,**

LUCAS WILLEBRAND. Gustrovio

Megapolitanus.

Undè, & à quibus ordiar malis?  
Ita animo distrahor. Inter majestatem,  
& humilitatis leges ambigo. Supplica-  
re, & regium genus, & majestas pro-  
hibet. Victor cogor hoc facere, quod  
victori superba sors imperat. Con-  
tumeliam hanc humilitas faciliùs in-  
telligit, dignitas graviùs. Pudet me,  
in hanc delapsum aleam; Dolorem  
graviorem, pudor facit. Attollere e-  
nim oculos, cur audeo? Victoris me  
majestas terret. Nec hiscere possum,  
in eam dejectus sortem, ut de capite  
causa dicenda sit. Ubi enim regalis  
splendor? Ubi regalis dignitas? Ubi  
diadema? Ubi cætera Regum insignia?  
Hostes habent. Ubi pueri nobiles, mi-  
nisterijs Regum assueti? Ut transirent  
ad Victores, incoluntatem, liberta-  
temq; & sua omnia servaturos per præ-  
conem.

eonem pronunciārunt. Ubi satellites?  
Ubi Regis amici? Fortissimos pugna  
abstulit. Utinam & mihi tanta conti-  
gisset felicitas? Paratior fuisset mori,  
si licuisset. Jam collum tritum habeo;  
pro purpurā pulla me vestis onerat;  
Collo infelix testis pendet; manus di-  
strictæ sunt catastis. Miserrimum hoc  
spectaculum, à primâ sorte ad infimam  
detrudi. Indignior semper mensurâ  
calamitatum magna felicitas. Tan-  
tas conversiones aut fragilitas morta-  
lium, aut fortunæ mobilitas facit. Nihil  
tam leve, quod non magnum interdū  
rei momentum facit; nihil tam sum-  
mum, quod non leve redditur. Fors  
versat humana, nec semper ex destina-  
to vota succedunt. Et plerumq; fortu-  
nam mutaturus Deus corrumpt confi-  
lia. Hoc & ego expertus sum; infe-  
licibus consilijs operam locans regno  
excidi. Quæ pestis ad nocendum ef-  
ficior, quam familiaris inimicus?  
Plus periculi in insidiatore occulto,  
quam in hoste manifesto. Infelibus,

infau-

810.00

infaustis consilijs ad societatem bellū  
pertractus pœnas luo. Blanditijs hoc  
didi amicis; nihil ulterius timui. O-  
mnia ex voto credidi processura; Sed  
nemo celeriū: opprimitur, quām qui  
nihil timet. Sperata vix pauca & ma-  
ximā cum ærumnā proveniunt. For-  
tuna impotens, quales ex humanis ma-  
lis tibi ipsi ludos facis? Cum blandiris,  
eaptatum venis. Verūm æquo ani-  
mo tolerem oportet, quicquid intrā  
fortunæ aream geritur; cùm semel ju-  
go ejus colla submisericordia. Fortunam,  
cùm ipsem paraverim, eo feram a-  
nimō, quo par est: si verò acriori ex-  
ardescis irā, si s̄avire in devictos Reges;  
vis, victori licet. Audacter expedi vir-  
gas; expedi secures. En tergum! en  
cervices! quicquid imperabis; feram.  
Citata mors tardos exsolvet gemitus,  
longam exsolvet ignominiam. Post  
mortem quid geratur, quid agatur cū  
corpore, nihil curio; Nec enim sen-  
tio. Spiritus abiit, & cum ipso sen-  
tiendi potestas. Non oportet tibi am-  
plius,

plius, quam semel licere. Omnis nimia potentia saluberrimā brevitate constringitur. Qui potest condemnare, semel potest. Semel potest, qui potest occidere. Si qua iteratio recipi potest, in pœnitentiam mortis recipienda erit. Propone supplicij faciem, carnificem, securim, restim; tamen hoc semel licere nimium est. At si misericors es, si meus te caesus, si mea tēsors admonet, non semper pati gradu mortalium res volvi, mitiorem de nobis feres sententiam. Omnis enim purpura, omnes Reges hujus expositi telis. Et nobis olim favebat. Quod alijs contigit, & tibi potest contingere. In secundis nemo confidat; in adversis nemo deficiat. Neminem adversa fortuna comminuit, nisi quem decepit secunda. Ne in tantā firmitate suffultus, ut destabilitate suā debeat esse securus. Cautio igitur animo, cautio circumspetū in vitam, quae multis casib⁹ subjetat, eniendum. Semper credidi, victoriā

tiām.

riam, & veniam victoribus familiares.  
Ideò nobilissima hæc Virtutum insig-  
nia sedare: fuge superbiam, fuge o-  
dium plusquam lethæum. Nobis mo-  
derato animo impera. Pax & con-  
cordia vietiis utilia; victoribus pulcra  
sunt. Pulcra sanè & perquam pulcra.  
In bonis tuis rebus, hostium dubijs  
vel etiam planè depresso, tibi ampla  
& speciosa danti pax est. Decorum  
mæcastor! mæcastor speciosum, cum  
victoriæ in manibus habeas, pacem  
non abnuere, ut sciant omnes, te &  
suscipere justa bella, & finire. Si præ-  
termittis hoc tempus, quo dare magis,  
quam accipere potes pacem, viceror,  
ne hæc lætitia luxuriæ tibi, aut vana e-  
vadat. Nec enim potest prætermissa  
cujusq; rei tempestivitas revocari. Ex-  
perto mihi crede. Clementia Impe-  
ratorum Virtus prima. Sat gloriæ  
partum, sat prædæ. Paucis felicitatem  
licuit molliter deponere. Nec pulcra  
tantum hæc, sed utilis. Quid enim,  
nisi tardium ex morâ: ex properantiâ  
peri-

periculum? Nam quandoq; miseris in  
præcordia Virtus redit. Pius impetus,  
major constantia penes miseros. Spes  
est ultimum aduersarum rerum sola-  
men. Optimè vindicatur quisq; quo  
modo miser est. Dulcedo Libertatis  
quanto magis subtrahitur , tantò avi-  
diùs desideratur. Melior, tutiorq; est  
certa pax, quām sperata victoria: illa  
in tuā, hæc in tuorum manu est. Re-  
puta, quiequid in altum fortuna tulerit,  
ruituram levare. Gaudia sæpè princi-  
pium nostri doloris. Quem sæpè tran-  
fit casus, aliquando invenit. Igitur su-  
specta habenda nimia prosperorum  
continuatio. Mars communis , & in-  
teremit quoq; jam perimentem. Nec  
ijs quidem confidendum, quæ videmus.  
Ideò in secundis rebus, nihil in quen-  
quam superbè aut violentè consulere  
debet, nec præsenti credere fortunæ,  
cùm, quid vesper vehat, incertum sit.  
Dabis ergò pacem; ne aliena appeten-  
do proprijs excidas. Sed qualem? mi-  
tem. Bellorum egregij fines, quoties  
ignoscen-

ignoscendo res transigitur. Quantā  
pervicaciā in hostē: tantā beneficētiā in  
supplices utendum. Ut animosē debes  
tanto Deorum munere, dandi, auffe-  
rendiq; vitam potens: & interdūm  
contentus esse, nihil ex Rege victo, præ-  
ter gloriam sumere. Si bonam dede-  
ris pacem, habebis firmam & perpetuā.  
Deniq; eo in nos utere animo, quo nos  
in te esse velles, si fortunæ globus tan-  
cam nobis in te dedisset licentiam.

### DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF,

Si regnum uterq; puer accepisset,  
minus equidem mirarer, ignorasse vos,  
quām gravis aut amicus, aut inimicus  
esset populus Judæus. Nunc verò, cùm  
& bello majorum vestrorum exerciti,  
quod vobis cum gestum est, fuistis, &  
Pacis postea, quam cum summā fide  
adversos eos coluimus, meministis;  
quod consilium, quorum & vim bello,  
& fidem in pace experti essetis, cum iis  
vobis potius bellum esse, quām pacem  
malle? Nihil fieri dementius potest,  
quām

quam scientem in eum venire locum,  
ubi libertatem sis perditurus. Magi-  
ster injuria suæ quid pati posset, ipsæ  
prærogatis injurijs docuit. Non pu-  
tat injuriam, qui dispendium non do-  
let. Justissimæ patiendi vice, quod  
quisq; alieno excogitavit supplicio, sæ-  
pè excipit suo; pertinaxq; alieni cupidi-  
tas, maximas aliquoties edidit strages.  
Expertis sat is estis, ausi aliena invadere,  
& quidem Regem nobis fædere junctū,  
Nobis justitia imperavit socium auxi-  
lium ferre. Libidinis gratiâ regnum  
perdidistis vestrū. Utut est, sive er-  
rore humano, seu casu, seu necessitate  
incidistis in hæc bella, bonum animum  
habete. Multorum Regum, populo-  
rumq; casibus cognita populi Judæi  
clementia, non modò spem vobis, sed  
propè certam fiduciam salutis præbet.  
Quanquam enim jure belli omnia Vi-  
ctori cedunt, tamen & regij generis  
honorem habebo. Ad pariendum ho-  
norem potentissimæ Clementia & Li-  
beralitas. Regibus certior ex mansue-  
tudine

tudine securitas. Clementia magis,  
quām ira decet Reges; & lenitas animi  
magis, quām celsitudo. Miseris ma-  
num porrigam, ut mihi manus quoq;  
porrigatur DEI, quā, utpote homo, o-  
pus habeo. Sed simplex erit oratio:  
ea enim sum dicturus, quæ, nifiant, nul-  
la erit pacis conditio. Deducenda tibi,  
*Ad razere*, ex Thaubā & Barathenā ur-  
bibus tuis, præsidia. Captivi & trans-  
fugæ gentis Judææ reddendi. Re-  
stituendæ arces, quas Æmathitarum  
Regi abstulisti. Deniq; singulis annis  
mille talenta auri, in tributum nobis  
pendes. At tibi, *Adade*, has injungam  
conditiones pacis: Cedendum tibi Da-  
masco. Arci hujus urbis imponam  
præsidia, quæ sub signis, sub pellibus  
mihi servent, ne qua novi belli rabies  
exurgat. Annuum etiam tributum  
octingenta talenta pendes. Hæc sunt,  
quæ volo Tempus vobis concedo,  
conditiones hasce ponderare. Videro,  
quid facturi sitis, an Clementia mea  
vobis documento erit, in pace quietos

D      non.

nunquam inter turbare bello , vi, in-  
eendijs.

## ETHEUS, Legatus.

JOACHIMUS Zverg / Major. Stras-  
burgâ Marchiacus.

Causa veniendi huc, *Auguste Im-  
perator*, præter cupiditatem visendi  
tuam majestatem, cuius beneficio in eâ  
fortunâ sum , supra quam ne optare  
quidem auderem; etiam ut coram mo-  
nerem, quò Idumæorum conatibus  
obviam ires. Syrorum gens excita-  
est sedibus suis, horum auxilio freti in  
Judæam transire cogitant. Hæredi-  
tarium hoc à majoribus relictum bel-  
lum. Cum spiritu simul nativum in  
nos odium traditum. *Hannibal Idu-  
mæorum Rex* novum auspicium Im-  
perij obtinet; jam jam bellum alit, &  
fovet omnibus consilijs. Floret ju-  
ventus; quæ longâ, ac diuturnâ pace  
procreata est: floret opibus regni, flo-  
ret etiam ætate. Quæ cum virtute  
corporis vigeat, animus inveteratus est  
diuturnâ experientiâ belli. Jam inde

3

à puerō finitimorū bellis exēcitatiss.  
est; missus à patre expeditiones varias  
ad felicem deduxit belli finem. Jam  
ex quo ipse regno potitus, multa admi-  
rando rerum successu tenuit. Accedit  
ad vires ea, quæ longo tempore, mul-  
tisq; magnisq; meritis paratur, autho-  
ritas. Nam apud Arabum atq; Syro-  
rum gentem, majestas ejus omnium o-  
culis inest. Pro quibus meritis, pro quā  
munificentia tantum ei tribuatur, non  
evidem cerno. Ultrum hæc felicitas,  
ipsi à fortuna tribuatur; an, quod ve-  
reor dicere, iuvidia faciat, meri-  
to dubito. Inter ipsos quoque Re-  
ges magnæ authoritatis est. Duxit u-  
xorem, filiam Syrorum Regis, non pe-  
tens, sed petitus. Sororem dedit Am-  
monitæ precanti ac oranti. Celebra-  
tæ sunt nuptiæ utriusq; Regis ingenti  
Legationum festivitate. His fultus  
societatibus, his innixus amicitijs do-  
mesticos bellū haber apparatus; exter-  
nis non eger. Jam enim triginta mil-  
lia sub signis habet; Syrorum auxilia

D 2 expectat:

expectat: juventutem, ut jam Idumæa  
deficiat, velut ex perenni fonte, undè  
hauriat, Syria adjuncta est. Non hæc  
ego incerto sparsa rumore, & pro mo-  
re humani ingenij cupidus credita,  
ad te fero, Imperator. Comperta sunt,  
explorata sunt: ut speculator, ut ex-  
clus nuncius subiecta oculis refero. In  
*valle salu* fulgent vexilla; expectant  
transeundi, latrocinandiq; tempus.  
Nec tantam viam emensus essem, si  
vana, si ementita tibi afferrem. Cerne-  
bam nobilissimas Palæstinorum urbes  
indies magis ad ipsum sua suffragia co-  
ferre, &, nisi impedirentur, eò proces-  
suras, undè regredi, nisi cruento bello,  
non possent. Cernebam *Hannibalem*  
non continentem se Idumæorum re-  
gno, alia armis occupantem, alia, quæ  
vi non posset subigere, favore ac be-  
nevolentia procantem. Videbam for-  
tem imparem, cùm ille tuæ majestati  
bellum; tu ò Rex, ipsi securam pacem  
præstes. Quamquam mihi non bel-  
lum parare, sed gerere videtur; ita fines  
nostros

nostros ingressus, cuncta per vallem,  
qua à salinis crebris nomen obtinuit,  
depopulatur; socios atq; amicos no-  
stros interficit. Eversæ sunt urbes; oc-  
cisi principes civitatum; facta & pro-  
fana confudit & miscuit: & quod maj<sup>9</sup>,  
quod acrius, societatem pristinam re-  
jicit, deridet, adunco suspendit naso.  
Hæc cùm nobis quiescentibus & pa-  
tientibus facit, pro certo habet, con-  
cessum sibi Judæorum territorium.  
Hoc quām tibi, quām nobis tutum ac  
honestum sit, ipse videris, Imperator.  
Ego certè turpe duxi, involvere tanā  
belli molem, quā me admonendum,  
ad prædicendum, ut caveretis, venire  
cœgit ad tuum prætorium, silentio.  
Necessario functus officio, fidem libe-  
ravi meam, quid ultrā possum facere,  
quām ut Summum Cœli Monarcham  
precer, ut tua m<sup>aj</sup>estas, augustissime Re-  
gum, & Reipublicæ, & nobis, socijsq;  
atq; subditis, qui ex tuā salute pendent,  
consulat securè.

D ; DAVID

# DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

Bellum, adversus Idumæos, non  
magis communi animo, consilioq; ab  
Judæis dilatum est, quām utriq; suas  
pacis causas habuerunt. Nam & ha-  
cienūs eorum Rex quietus à nostris di-  
tionibus abstinuit. Sed quia Syrorū  
commercio utitur, quia exercitum  
sub signis habet, quia in Salinarum  
valle, territorio nostro incumbit, alia  
nitendum viā. Hodie na consula-  
tio tota ex vobis pendas, Proceres.  
Refero enim ad vos, utrum urbes in  
Salinarum valle, sicut retulit Eusebius, ab  
Hannibale occupatas, pati velitis sub-  
ditione ejus esse; an vero æquum cen-  
fatis, optimam regionem in liberta-  
tem repeti, & eodem statu, quo ceteras  
urbes, Judææ esse: Hæc consultatio,  
ut videtur, tota pertinet ad vos: me ni-  
hil contingit, nisi quatenus liberatae  
Judææ uniusdictionis servitus non ple-  
nam, nec integrā finit esse gloriam.  
Ceterū si vos neq; cura ejus, neq;

CXLVII.

exemplum, neq; periculum movet, ut  
superbo Regi, ne ulterius latrocinando  
progrediatur, velitis resistere; & nos  
in tanto regni turbulentu statu, dum  
nunc ab Syris & Palæstinis, nunc à Moa-  
bitis & Idumæis bello, præter fas infe-  
stamur; totis in sinu manibus hostem  
prætolabimur, eidem istas hactenus  
victrices cum ignominia daturi. Sed  
vos me Rege libertati assuetos hoc nol-  
le scio. Iaq; consulite in medium:  
Statutum me pō, quod plures censue-  
ritis, pollicor.

**JONATHAN, Confiliarius.**  
**JOHANNES CHRISTOPHORUS Hübner,**  
Bruxæ Bohemus.

Scio, Augustissime Regam, vosq;  
Purpurati, multis vestrū videri, rem  
actam hodierno die agi; & frustrà ha-  
biturum orationem, qui tanquam de-  
integrâ re, de Idumæorum statu sen-  
tentiam dixerit; ego autem primùm,  
illud ignoro, quâ ratione sine solemni  
indictione belli alienas terras depopu-  
lare audeant, cùm nulla inter nos hoc

D 4 tem-

tempore Bellona floruerit. Deinde si  
bellum movent, peccaturos nos arbit-  
ror, nisi Legatos, repetitum res, mit-  
tamus. Atq; ego eertum habeo, dis-  
sentienti mihi ab istâ festinatione in-  
hostem agendi exercitum, duarum re-  
rum subeundam opinionem esse. U-  
nius, insitæ ingenio meo pacis ample-  
ctendæ sententia. Alterius, obtrecta-  
tionis atq; invidiæ, adversus forsitan  
crescentem indies fortissimi Herois  
Joâbi fortunam. Aquâ suspicione  
me candor facile & integritas anteactæ  
vitæ solvit, liberat, excludit. Omnia  
autem excutienda puto. Incauto sa-  
pissimè adversa fortuna. Videndum,  
an ita se res gerat, an ita feratur. Non  
facile rumoribus standum ; animos  
pessum dant, & vanâ ambitione men-  
tes onerando ad exitium trahunt. Nec  
armis nitendum ; artes militares tum  
deniq; tibi profuturas scito, cùm Deum  
tibi pietate ac justis factis propitium  
reddideris. At pacem turbare quam  
grave,

grave, quām arduum. Pace sidera vi-  
gent, terrea consistunt pace, nihil D̄eo  
sine pace placitum; pax retum opti-  
ma, quas homini datum novisse. In  
pace populi proficiunt, & utilitas gen-  
tium custoditur. Si homines pacem  
amant, amant & iustitiam. Duæ hæ  
germanæ sorores. Pacis bono nihil  
gratius solet audiri, nihil desiderabilius  
concupisci, nihil melius inveniri. Bo-  
num hoc ab omnibus laudatur; sed  
pauci custodiunt. Gloriosius, pacem  
conservare sapientiā, quām bellum per-  
acies conficere. Pax deniq; bonarum  
artium decora mater. Ille autem pa-  
cem habet, qui nihil appetit in seculo  
possidere. Novi magnos spiritus ob-  
esse huic rei; hoc quām utile sit, ipsi vi-  
derint. Magna fortuna animos ine-  
briat. Hinc Victores plerumq; socor-  
des redduntur. Fermè enim sit, ut res  
secundæ negligentiam creent. Quod  
si in secundis rebus bona quoq; mens  
à Dijs daretur, certè nihil majus dari  
posset. Videremus enim non solum

Ds ea,

ea, quæ evenissent, sed etiam eventura.  
Maximæ cuiq; victoriæ minimè cre-  
dendum. In bonis tuis rebus, Idu-  
mæotum dubijs tibi ampla ac speciosa  
danti pax. Melior, tutiorq; hæc, quàm  
voto concepta victoriæ laus. Hæc in  
tuâ, illa in Superorum manu. Ne tot  
annorum felicitatem discribunt unius  
horæ eloces. Tuæ vires, vis fortunæ,  
Marsq; communis animo occurserent:  
utrinq; ferrum micat, utrinq; acies ho-  
minibus constant. Nusquam minus,  
quàm in bello, eventus respondent.  
Non tantum gloriae ad id, quod data  
pace nancisi poteris; si bello decertes,  
si cædere nebas, accedet; quantum adi-  
metur, si quid adversi eveniat. Longo  
tempore parta victoriæ spolia, decora-  
que tot triumphorum navata, unius  
horæ fortunâ everti possunt. Ali-  
quod etiam volnus per nimiam fidu-  
ciam accipitur. Crebra, etsi modica  
damna famam lacerant partæ laudis;  
enim in pace iugenda, tuæ sunt pote-  
statis, è Rex. Tunc ea fortuna erit ha-  
benda,

benda, quam Di⁹ miristraverint. Sanè  
felicior pax, nunquam lacerata, quām  
multo reparata sanguine. Benè uni-  
versa geruntur, & competenter, si rei  
principium sit decens & amabile DEO.

BENAJAS, Consiliarius.

JACOBUS Redeling⁹ Schiselbenā.

NeoMarchiacus.

Credo ego, Invictissime Rex omnibus notum, quemadmodum hodierno seculo Judæ⁹ gens circumventa & bello petita sit. Eam cladē Numinis primū benignitate; dein nostrā virtute dies, noctesq; præstanto, ac vigilando in armis vitavimus; utinam reliquum tempus neq; patiendo infanda, neq; facientia traduci possit. In hostium hoc potestate, hoc in eorum situm libitu. Nemo enim diutius q̄ iescere potest, quām vicini⁹ permittit: Cui si pessima & immo-  
dica cupiditas, non potest, pax placere. Omne autē bellū facile sumit⁹ r, ceterū ægerrimē definit. Itaq; consulendum, an conducat paci anteponere bellum. Nec temere socijs inferendum bellum

D 6

cen.

eeenso. Omnia prius excutienda. Ni-  
hile est in omni vitâ prius consilio. De-  
clinanda autem est suasio, quæ plus ha-  
bet periculi, quam decoris. Nulli  
prius cladem sentiunt, quam qui mo-  
vent. Ira quippe ac cupido pessimi  
consultores. Felix autem materia,  
suadere ocium. Et hoc in nostrâ si-  
tum potestate, si Legatos mittamus  
qua situm, quâ intentione copias con-  
grent. Si in nos motum bellum, à  
coaffessis res exemplò repetant. Ar-  
bitrio deindè omnium in præfractos  
bellum geratur: Sin minus, pacatos  
degere suadeo. Non studeamus vin-  
dicari, qui nobis precatur ignosci. Nec  
sufficit concupiscentiæ, quod potest  
satis esse naturæ. Maximorum sapè  
bellorum tenuissima, contemtissimaq;  
principia fuere. Erepta repetendi al-  
legatur à quibusdam prætextus: præ-  
ferendum tamen fas commune pro-  
prietati utilitati. Non sit exactor vindi-  
ctæ, qui petitore est venia. Vel iniquis-  
fama pax justissimo anteferenda bello.

Im-

Imprudentium autem ista fiducia, for-  
tunam sibi spondere. Quidam poten-  
tiā augere sat agunt. Felicitas major,  
vicinum bonum habere concordem,  
quām malum subjugare bellantem.  
Nemo nimis cupidē sic res alienas de-  
sideret, ne & illo destituatur, quod ha-  
bet, dum plus cupit. Periculum enim,  
ne plura appetendo parta quoq; amit-  
tantur. Hinc bella sapissimè non  
causis inita, sed prout eorum merces  
fuit. Ingenium humanum quò plura  
habet, eo ampliora cupit. Alij inju-  
riam ulcisci volunt. Nemo vindic-  
care se eogitur. Deo vindicta relin-  
quenda; ille suo tempore compensat.  
Vindex ille intolerandæ superbiæ Ma-  
lis, ut carnificibus utitur, ad sumendas  
de malis poenas; destruet idem istas,  
qui posuit moles, Deus. Multi etiam  
ulcisci alios cupientes, ipsi unà periére.  
Gloriam quidam parare cupiunt bello.  
Vile decus, quod sanguine paratur.  
Mundi summa vanitas, ex aliorum fle-  
tu risum captantis. Cupiditas nunc

D. 7 prolem

prolem habet superbiam, nunc paten-  
tem. Immanis bestia, vanâ gloria.  
Hæc non patitur quenquam in eâ men-  
surâ honorum conquiescere, quâ quo-  
dâm fuit ejus impudens votum. Me-  
minerint ea bella, quibus imperij glo-  
ria proposita est, minùs acerbè esse ge-  
renda. Gloriosum, quod tutissimum.  
Quibusdam bello memoria patanda.  
Hæc sunt consilia mortalium, hæc cro-  
ta magnarum cogitationum! Non pot-  
est quisquam eodem tempore & bo-  
num Virum, & bonum ducem agere.  
Nulla memoria illustrior, nullū orna-  
mentum Principis fastigio dignius, pul-  
criusq; quâm illa corona ob **SERVATOS**  
**CIVES.** Alij terram augere suam cu-  
piunt, aliorum delicijs irretiti. Quic-  
quid domi est, vile est: proxima sor-  
dent, longinqua juvant. Quocunq;  
autem venimus, eâdem rerum naturâ  
utendum erit. Turpe, alieni cupiditi-  
tate bellum non necessarium sustinere.  
Non, qui parum habet, sed qui plus cu-  
pit, pauper est. Si sapit Princeps, erit  
contem-

contentus mensurā, quam sibi mensus  
est Deus: nam quod amplius est, à ma-  
lo est. Cui pauca non sufficiunt, ei ni-  
hil satis est. Cauto omnia evolvenda  
animo, & cui bellum in animo est, &  
cui res suæ defendendæ, bellum & in-  
ferenti, & illato exitiosum. Bonus  
homicidium execratur; at Regibus per-  
placet. Homicidium quidem cum ad-  
mittunt, singulis crimen est. Virtus  
vocatur, cum publicè geritur. Quis  
quis sapit, bello abstinet.

**CHUSIS, Consiliarius.**

JOACHIMUS Ziverg / Minor Stras-  
burga Marchiacus.

Satis, Imperator, ceteris fuit, ab In-  
justitiâ arcere, mihi etiam à temeritate.  
Nec enim statim, licet justa etiam causa  
oblata sit, arma sumenda. Ardua res  
est, deliberatione opus, opus consilij.  
Omnis belli alea facile sumitur; æger-  
tim eluditur. Nec in ejusdem pote-  
state initium, aut finis vertitur. Ut fa-  
cile te ad imademeris, haud facile e-  
duxeris. ita in belli fortunam. Inci-  
pere

pere cuivis bellum licet, etiam ignavissimo : sed desinere , cum Victores volūt. Igitur quicquid præter mentem præter opinionem in bello evenire potest, prius benè animò pondera. Tuas vires, fortunæ potentiam, lubricum Mavortis gradum considerare incipe. Et hostibus ferrum est. Sunt etiam animi, ferociores quodammodo nostris, Parvo momento evertuntur , quæ maximis laboribus & impendijs parta sunt. Sæpè verso ordine fortuna opum nudos & humiles in meliora refert. Itaq; quantumvis opibus tuis confidas, non debes certa pro incertis mutare. Non expedit, felicem Republicæ statum , alijs atq; alijs bellis concutere. Bonum publicum simulant pro suâ quisq; potentia certant. Facile serpit injuria, & peccandi consuetudo non facile reprimitur: præser-tim si mala, si incommoda, quæ bellum comittantur, respicimus. Miserranda ubiq; facies, pavor ille hostilis, discursus per urbem militum , tumultus

tus

tus armorum, bonorum atq; hominū  
rapina, passim exaudiuntur, errant, tu-  
multuantur. Miceror & luctus ubiq;  
stabulantur ; non liberi parentibus,  
non conjuges maritis, non Deorum si-  
mulacra templis suis relinquuntur.  
Sacrilegia minuta puniuntur, magna  
in triumphis feruntur, magna trium-  
phum merentur. Imperatorium no-  
men addūt connecti cædibus campi, &  
infecta victorijs maria. Publica hæc  
sunt : accedunt etiam privata. Æraria  
exhuriuntur, in usum militum omnis  
convertitur pecunia. Tuum caput  
periculis objicis, objicis calumnijs. Ni-  
hil tam capax malignitatis , sermo-  
numq;, quam bellum. Major famæ  
lis est, quam virtutis. Maximum hæc  
in bellis momentum. Bello instituto  
necessum est Principes malè audire, &  
culpari ob dampna. Insatiabilis sanè  
avaritiæ est, adhuc explere velle, quod  
jam circumfluit. In adversis etiam re-  
bus, id solet fieri, ut alius in alium cul-  
pam referat, Quæ si acutius quis pen-  
sit, sit,

sitet, fatebitur, bellum etiam justum  
meritò execrandum. Alieno, tan-  
quam suo parcendum sanguini. Non  
est homini homine prodigè utendum.  
Crudelissimum, cædibus; maximè im-  
pium, sanguine æternum in postero-  
rum ore gloriæ radium parare velle. A-  
page igitur istas furias, istas Erinnias ex-  
aulà; quibus lubido est, igni addere spu-  
ulas, flammāq; aliàs ferocientem au-  
gere. Quo in numero præcipue no-  
bilium mentes ferociunt plusquam  
crudelitèr. Durior illis in paci feri-  
tus: Sæpè & huic rei feroce aliquot  
& turbidi operam navant, in id nati,  
ut nec ipsi quiescant, nec alios quiesce-  
re sinant. Temeritati plurimùm tri-  
buunt. Hæc ubi primum impetum  
effudit, velut quædam animalia amissio  
aculeo torpet. Et licet felicitas aspi-  
rare videatur; tamen ad ultimum te-  
meritati non sufficit. Nec raro peregrini  
& extorres facem hanc animo sub-  
jiciunt. Suâ spe vel non cunctantem  
in arma propellunt. Sceleratos, cùm  
dormire

dormire non possunt, agitant futiæ  
non consummato modo, sed cogitatio  
parricidio. Sua scelera quemq; ra-  
piunt in prælia. Non tua causa agitur:  
Sed quem geres te? Scito consilium  
ab omnibus dari, paucos periculum  
deponere. In adversitate etiam ami-  
cissimi deficiunt. Quiq; fidem, quiq;  
animum ostentabant, languent mox  
adverso iictu; ergo ne temere talibus  
autoribus bellū move. Suave bellum in  
expertis. Sapiens ille, qui prælium aut  
bellum suscipiendū omnino negat, nisi  
cū major emolumenti spes, quām dāni  
met⁹ ostenditur. Nullum bellum susci-  
piendū, nisi aut pro fide, aut pro fœijs.  
Sed necesse est, ut pacati, secretusq; de-  
gas, Imperator, cūm in dubio adhuc res  
sint, ne lacestam⁹ amicos non lacestis.  
Inculcabo hoc, ne provokes bella, ne  
timeas. Beatus hoc, quām suas, a-  
lienatasq; fortunas metu, incertaq; spei  
exponere; & illuc descendere, ut aut  
perire necesse sit, aut, quod aquē apud  
bonos miserum est, occidere.

AHI.

**AHITOPHEL, Confiliarius.**  
**CHRISTOPHORUS TEUBNER** Annæ-  
montanus Misnicus.

Trescausæ, *Imperator*, belli justæ:  
defensio; correctio, recuperatio. De  
omnibus pauca dicam, Vix enim fieri  
potest, ut Princeps perenni ocio frua-  
tur; præsertim, si malis vicinis onusstus  
est. Sine enim bello, sine fortitudine  
militari quomodo se, sua, ac suos tu-  
atur? Patria certè, libertas, cives, atq;  
adeò ipsi Reges latent in tutelâ ac præ-  
sidio bellicæ Virtutis. Sine hâc enim  
nec majestas tutæ, nec salus subditorum  
floret. Virtus militaris ceteris præstat  
omnibus. Sunt autem & belli, sicut  
& pacis jura; justèq; ea non minus,  
quàm fortiter debent geri. Atq; adeò  
in omni Republicâ maximè conser-  
vanda sunt jura belli. Imperatori e-  
ním non sunt capienda arma, dùm pa-  
cem agere licet; at temerè in acie ver-  
sari, & manu cum hoste configere,  
belluarum est. Si hoc admittimus,  
continua prælia, continua cædes e-  
runt.

runt. Rapere properabunt, quā sacrū,  
quā publicum; omnia bona suam du-  
cent prædam. Absit hoc! Animum il-  
læ voces neutiquam penetrant: In ar-  
mis iussitum; omniaq; fortium Viro-  
rum esse. Barbaræ hæc voces, tumultu-  
tuantum hi latratus. Nec quaratur  
belli exitus: acies certè nullatenus vi-  
ctum facit nocentem, si justa causa ab-  
sit. Eventus belli varius; nec semper  
æquus jūdex. Ceterū bona  
Superos jubet secundos sperare. At-  
tollit hæc in milite animos; Iniqua  
autem sectans bella salvus haut reddit; &  
ipſi Dij pro meliore stant causā. At  
quibus una, & eavetus causa bellandi  
est, profunda cupidio Imperij, & divi-  
tiarum; ijs certè neq; bonum Cælites  
dedré exitum. Nec enim probabile  
est, rem eos benè gesturos, qui lacru-  
mas, qui execrationes pro viatico se-  
cum auferunt. Hæc à tuo exulatura  
est exercitu Imperator. Non enim  
prior arma infers, sed coactus, & quidē  
laceſſitus ab Idumæis. Piores in limi-  
tes

tes euos incurrit; nullius res tutam domi-  
clausa, vita septa, pudicitia munita,  
contra eorum cupiditatem & auda-  
ciam. Prædantur socios, prædan-  
tut consanguineos. At sua defen-  
dere justum est. Duobus quæritur,  
conservatur, augetur potentia: milite  
& pecuniâ; quoram altero deficiente,  
reliquum simul concidit. Exercitum  
habes, potentissimos, belliq; maximè  
expertos juvenes. Corriges, quicquid  
deliquerint hostes, justâ acie. Cohi-  
bebis prædatores, ne feroces & inqui-  
ti ex omni occasione quærant trium-  
phum. Arma in omnes habes, acer-  
bita in eos, qui primi deliquerint No-  
cendi cupiditas, ulciscendi crudelitas,  
impacat⁹, & implacabilis anim⁹, feritas  
rebellandi, libido dominandi, & si quæ  
sunt similia, hæc sunt, quæ in bellis  
culpantur. Omnia apud Idumæos  
inveniuntur. Libidinem dominandi  
causam belli habent, & maximam glo-  
riam in maximo putant imperio. Sed  
hos impetus cohibe, recuperando tibi  
ab-

abliata, ô Rex. Iniquitas partis adver-  
sæ justa bella ingerit, gerenda Sapienti.  
Adversus inferentem damnum actio  
danur perquam utilis. Justum deniq;  
est bellum, quibus necessarium; & pia  
arma, quibus nulla nisi in armis, spes  
relinquitur.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

Magna in Republicâ momenta sunt  
temporum: & multum interest, idem  
illud utrum antè an post decernatur,  
suscipiatur, agatur. Itaq; jam tractan-  
daluco, quæ agenda, cùm tempus &  
ocium consilijs permittat operam.  
Serò in arena consilium capitur, itaq;  
& tu, abisi, cum Ethio, vestra consi-  
lia deprometis. Decet enim Princi-  
pem amicorum ope uti, cùm suâ scien-  
tiâ omnia complecti non possit. Æ.  
qui etiam est, ut ipse tot, taliumq; a-  
micorum consilium sequar, quam tot  
talesq; amici meam unius voluntatem.  
Consulite igitur, quid fieri debeat;  
nec quicquam præter animimentem,

&

& ad gratiam loquimini Miser ille  
Imperator, apud quem vera reticen-  
tur.

**ABISAIS, Consiliarius.**

**JOACHIMUS Schwarzkopff / Rosto-  
chio Megap.**

Non ignaviā, *Imperator fortissime*,  
magna continentur imperia; Virorum,  
armorumq; faciendum certamen.  
Principes facit severitas institutorum,  
ordo militiae, amor quidam laboris, &  
quotidianā exercitatione assidua belli  
meditatio. Degenerat enim à robo-  
re ac Virtute miles assuetudine volu-  
ptatum. Quid faciet fortiter, quem  
luxuria & intemperantia non tām ex-  
armavit, quām exanimavit? Sempèr  
vincit luxuria, sed eos duntaxat, quos  
ante corrumpit. Itaq; exercitus di-  
sciplinā bellicā moderandus. Sua re-  
tinere privatæ domus; de alienis cer-  
tare, regia laus est. In tempore utile  
hoc, & perquām utile. Fateor, opta-  
bilius, magnitudinem suam justitiā  
tueri; satius est, dominari in regno  
suo,

suo, quām eò magnitudinis crescere,  
ut viribus suis conficiatur. Sed quā  
ratione id fieri possit, non video. In-  
ter impotentes, & validos falso quies-  
cis; ubi manu agitur, modestia & pro-  
bitas superioris sunt. Adde, mag nam  
regionem non diu quiescere posse; Si  
foris hostem non habet, domi inve-  
nit. Qui navavit miles Imperatori o-  
peram, Imperatorem se statim esse cu-  
pit. Virtutem in superbiā, in con-  
temtu Deorum, hominūmq; ponit.  
Intemperantia certè militis dispendijs  
gravibus sāpē Rempublicam affixit.  
Hanc civilem pestem abige: in alios  
destina, qui bella primi inferunt, qui  
injurīa grassantur in tuos. Consilia  
tamen temperanda duco. Animus ve-  
refi qui scit, scit tutō aggredi. Bonum  
est, dum adhuc stat navis in portu, præ-  
cavere tempestatem futuram, & non  
eo tempore, quo in medias irrueris  
tempestates, trepidare. Cautis, quām  
acrioribus consilijs, potentia tutior  
habetur. Modus adhibeatur. Ad

E clūmen

culmen venire contendens, s<sup>æ</sup>pissimè  
cum ipsis ramis, quos comprehendit,  
decidit. Potentia illa tut<sup>a</sup> est, quæ  
viribus suis modum imponit. Stulti  
est, incerta pro certis captare. Natur<sup>a</sup>  
potior est salus nostra, quæm adversarij  
pernicies. Plus est, provinciam reti-  
nere, quæm facere. Rarò durat, & ad  
ultimum exit, nisi lenta, felicitas. Se-  
cundæ res, ubi animus continens ijs  
moderatur, perdurant. Sceptro tuo  
moderaberis hanc prosperitatem. De-  
jicies summi auxilio Numinis perduel-  
les, qui tuo regno arma inferunt. Tu  
patrocinium suscipe regni tui. Glor<sup>i</sup>æ  
tuæ tribue, ne subditos, & injurijs pe-  
titos videaris despexisse.

**ETHEUS, Consiliarius.**

**JOACHIMUS LUCOVIVS Par-**  
chimio Megap.

Et ipse ejusdem opinionis sum,  
*Imperator*, ne unquam te bello impli-  
ces, nisi justo. Quod, inquies, illud  
est? distinctè mentem meam accipe.  
Tris habet hæc justa: Authorem, cau-  
sam,

sam, finem. *Justus* *Author Princeps* est.  
Ordo naturalis mortalium paci accom-  
modatus, hoc poscit, ut suscipiendi  
belli authoritas atq; consilium penes  
Principes sit. *Causa* duplex est; defen-  
sio & invasio. Illud non modò justum,  
sed etiam necessarium, cùm vivis illata  
defenditur: Hoc & ratio doctis, & ne-  
cessitas barbaris, & mos gentibus, &  
feris natura ipsa præscripsit, ut omnem  
sempèrvim, quâcunq; ope possent, à  
corpore, à capite, à virâ suâ propulsar-  
ent. Defensio sive tua, sive aliena sit,  
justa est. Tua, cùm, libertatem, patriâ,  
parentesq; armis tegis. Alienâ itidem,  
cùm pro socijs, aut oppressorum gra-  
tiâ arma sumis. Nullum bellum à  
Civitate optimè suscipitur, nisi pro si-  
de, aut salute. Fidem liberabis, si ijs  
succurres, quibuscum societas jura,  
& hospitiij foedera pacta. Oportet in-  
juriam passos pro seipsis arma capere,  
sive pro cognatis & beneficis, itemq;  
socijs injuriâ affectis auxiliari. Op-  
pressis auxilium ferre, bonum, pius

E 2 justum

justum. Qui enim non obseruit, neq;  
defendit, si potest, tam est in vicio, quā  
si parentes, aut patriam, aut socios de-  
serat. Fortitudo illa, quæ per bella  
tuetur à Barbaris patriam, vel defendit  
infirmos, vel à latronibus socios, plena  
iustitia est. Itaq; hujus honestæ actio-  
nis à sacris faciendum initium. Sic  
demum *finem* sperabis optatum. Itaq;  
*Legatos* mitte, qui res raptas palam re-  
petant, & de injuriis quærantur. Si  
jure agere *Idumæorum Regulus*, & satis  
facere paratus est, nefas bellum sumere  
tanquam in insontem: Sin abnuet, &  
res retinebit, quid est, quod contra  
vim sine vi fieri possit? Itaq; ne nihil  
actum irritâ legatione censeas, Domine,  
expiatum erit, quicquid ex foedere ru-  
pto irarum in nos cœlestium fuisset.  
Satis scio, subigi nos ad necessitatem  
bellandi. Quid enim ultrà fieri po-  
terit ad requirendam justam causam?  
Repetimus, quæ nostri juris sunt. Ne-  
gant illi, & terrâ suâ excedere jubent;  
Quid ultrà tibi, *Idumæ*, quid fæderi,  
quid

quid coelitibus arbitris dandum? quē  
tibi tuarum rebellionum, quem  
nostræ innocentiae judicem feremus?  
neminem fugimus. Quod si nihil cō-  
parato, & qui se potentiores p̄tat,  
humani, diviniq; juris relinquitur im-  
parato, & foederum religione nimia  
decepto; At nos ad DEUM injusti, ju-  
stiq; vindicem confugiemus. Preca-  
bimur, ut tantam superbiam, tantam  
immanitatem irā suā persequatur; ut  
in viscera, in præcordia Idumæorum  
ferrum vertat. Non placari, non sa-  
tiari queunt, nisi sanguine, nisi laniatis  
visceribus. Pium bellum, quod DEO  
auspice geritur. Proinde cūm rerum  
humanarum maximum sit momen-  
tum, propitio potius, quàm adverso  
Deo rem gerere; pro certo habete,  
hoc bellum, quod instat, duce ipso  
Deo gesturos. Perge modò Imperator;  
lauream ipse summi Numinis favor tuo  
imponet vertici.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

E 3

Bene

Benè est. Sententias vestras me-  
cum, quâ fieri potuit, curâ ponderavi.  
*Legatos* mittam, & *Fecialem* quidem,  
Si res restituent, benè est; sin minus,  
sit DEO auspice ratum in *Idumæos* bel-  
lum, si absq; tumultu capi, & perduel-  
lionum supplicio tolli non poterit.  
Hoc tuâ fortunâ geram, tuo consilio,  
*Abisai;* nullum enim genus pugnæ, bel-  
live, in quo te non exercuerit fortuna.  
Interea manus vestras ad omnia peri-  
cula, præterquam DEO, & Regi debitas  
intrepidi servate. Credite etiam pac-  
atis omnibus Syrorum populis, aut si-  
niendam nobis esse militiam, exerce-  
tusq; dimittendos, aut in Idumæorum  
terras transferendum bellum, si pa-  
cem & conditiones oblatas respuerint.  
Itaq; cùm diutina & extera instet mili-  
tia, incertumq; sit, quando domus ve-  
stras, & qvæcunq; chara sunt, visuri  
fitis: si quis militum suos invisere volt,  
*Abisai.* commeatum ipsi dandum reor.  
Primo autem auditio classico rursùm  
adsint, cum globus Legatorum infe-  
cta

Et a redierit pace, ut Deo benè juvante  
bellum ingentis vindictæ, ingentis glo-  
riæ futurum incipiamus.

## ABIS AIS.

JOACHIMUS SCHWARTZOPFF/ Ro-  
stochio Megap.

Ingens mihi omnis, Imperator, qvî  
me legatum & belli ducem in Idumæ-  
os creas, magnum à toto Senatu tali-  
bus de me judiciis ejus ordinis, maxi-  
mum tamen honoratorum Collegarum  
obsequio injungitur. Itaq; si quid la-  
boris, vigiliarumq; adjici possit, certans  
mecum ipse eò annixurus essem, ut  
tanto de me judicio Regi opinionem,  
quæ maxima est, etiam constantem ef-  
ficiam. Qvod ad bellum, atq; Idu-  
mæos attinet, plus ibi minarum, quam  
periculi est. Ego tamen, ut nihil ti-  
mendi, sic nihil contemnendi author-  
sum. Nihil minus in perfecto duce;  
quam festinationem, temeritatemq;  
convenire arbitror. Præliorum enim  
delicta emendationem non recipiunt;  
nec in bello licet his peccare; Et teme-

E 4 ritas

ritas, præterquām qvōd stulta est, etiā  
infelix. Celeritas, & audacia, & im-  
petus præter rationem, & vanitas, ac  
syphus hostibus qvidēm percōmoda,  
noxia verò maximè amicis. Nam ad  
omnes insidias, fraudes, atq; astus ob-  
noxius est talis, Sed ita se res habet.  
Immensas haut dubiè copias ducit t-  
dumās. In montanis habitat; excur-  
sando indè in nostram excurrit plani-  
ciem; Visis nostris militibus ad tutu  
relabitur: Una autem ratio adversus  
hunc belli gerendi est, ut cunctando  
bellum teratur, si non elicere possu-  
mus. Nec eventus modò hoc docet,  
Stultorum ille qvidem magister: Sed  
& ratio firma hoc fvatet. In pattiâ  
bellum gerimus, in solo nostro. O-  
mnium civium auxilio sustinentur.  
Socij suppeditant arma, Viros, eqvos.  
Comineatibus ab utriusq; juvamur.  
Hoc fidei documentum in adversis no-  
stris dēdere rebus. Prudentiam, con-  
stantiamq; tempus dabit, ut cavendis,  
quām contemnendis hostibus evada-  
mus

mus meliores. Idumæus contrà in  
alienâ, in hostili est terrâ. Omnia ipsa  
inimica, omnia infesta; Domo abest,  
abest patriâ; Nec illi tuta à finitimiſ  
pax. Nullis urbibus degit, nullis mu-  
nimentiſ accipitur, nihil ſui videt; ex  
rapto, vivit. Vix tertia pars exercitus  
eius ad pugnam ſospes aderit, qvem  
ex patriâ deduxit. Plures j. m. tum fa-  
me, ut rumor eſt, quām ferro periēre.  
Nec victus pautis hiſce ſufficit. At  
ſyrorum agmen expectat. Imbelles, &  
luxu torpentis vix arma ferre poſſunt.  
Clades etiam illa, quā nupèr & toties à  
nobis afflicti ſunt, animum vitiat. Se-  
dendo cum ſuperaturi ſumus. Hæc  
una quandoq; ſalutis via. Malo me  
ſapiens hostis metuat, quām ſtulti mi-  
lites laudent. Omnia audientem con-  
temnet Hannibal; nihil temere agen-  
tem metuet. Armatus, inteniusq;  
ero, nec oceſionī meæ deero; neq;  
meam oceſionem hofli dabo. O-  
mnia non properanti clara, certaq; e-  
runt. Festinatio improvida eſt, & cæca.

E 5      PRAE-

PRÆCO Jorami.  
JOHANNES SCHULZ / Gustro-  
vio-Megap.

Joramius Emathitarum Princeps  
hanc tibi hospiti Davidi Israëlitarum  
Regi tesseram mittit. Si conferre ani-  
mus erit, invenies esse eam, quæ fuit  
mutua tibi, suoq; parenti.

Hū dictū annulum integrum vel frag-  
mentum

annuli ipsi porrigit;

& ita loqui pergit.

Agnoscisne, Rex, hospitium? Adeo  
in uībe tuā hospes Joramius. Misit ille  
me oratum, ut tanquam amico, tan-  
quam hospiti subire regiam liceat, &  
in tuum conspectum unā venire. Suc-  
cessu enim fortunæ tuæ, hospitijq;  
memoriâ excitus patrio excurrit solo.  
Ad te iter direxit, gratulaturus ob-  
ingentem de Syris partam victoriam.  
Fama enim nihil de conspicuis Viris  
ignorare patitur. Successum fortu-  
na, experientiam laus sequitur. Sem-  
pèr enim, qui veram humanarum lau-  
dum

dum gloriam concupiscunt, dant operam benè judicantibus non displicere. Nemo autem, in Reipublicæ periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe, fructuq; posteritatis ducatur. Vitæ enim curlus brevis, gloriæ sempiter-nus Magnianimi magnis honoribus fiunt; honestus ambitus, quos sequimur tempore, velle præconijs ante-ire. Hunc virtute tuâ meruisti, quâ so-ciis tulisti opem, cujus memoriâ ac-census Princeps meus huc venit. Est etiam qvod ipsius nomine ulterius efflagitem. Pleno Senatu suam orabit causam, si tibi placitum, si congruum, ad enm, modò commodum dabitur rei responsum ex templo vestigia diri-gam, relaturus quicquid tua majestas Principi dicendum decernet.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORE.

Renunciabis Principi tuo, jam ne-  
ignoscere furori hostium, qvæ aliquis  
non inimicus Deum concitat ad faci-

E 6 nus,

nus, ut tanti hospitis beneficio & con-  
spectu frueremur. Debebam vel an-  
te urbem occurrere. At; quandò sic  
jubet, huc illum operiar. Congre-  
gato Senatu Proceres ad ipsum mit-  
ram; poterit deindè suam causam  
p' yribus orare. Subeat modò Hiero-  
folymas, atq; intelligat nihil nos fore  
in eo colendo segniores, quàm ipse in  
promerendo fuit.

### Senatus convolat.

Quandoqvidem hodiernus dies le-  
gationi Æmathitharum destinatus est,  
*Proceres*, & ipse jàm aderit; summâ  
attentione cutandum, ut rectè, quid  
velit, & quid ferat, audiatur. Omnia  
enim rectè, omnia fieri debent consi-  
deratè. Non crudum, non incoctum  
expromere, sed benè coctum dare de-  
bemus. Calida consilia primâ specie  
læta sunt, tractatu dura, eventu tristia.  
Vestrâ hinc mihi operâ in hâc re opus.  
Tu autem *Jonathan*, & *Benaja*, quàm  
primùm ad *Jerahum* vos confertos;  
hunc

hunc vestro comitatu adducite. Interim animus æstuat, multiplici curâ diffusus quid ferat, qvid velit. Ut ut est, nihil æratio, nihil commeatibus par- cendum arbitror; dignâ pompâ cultu- rus tantum Principem; & qui nobis hospitijs fœdere & arcto confoederatio- nis nexus conjunctus, eonglutinatusq; est fatorum ingenti beneficio.

**JORAMUS, Æmathiæ  
Princeps.**

**JOACHIMUS, STEPHANI, Gustro-  
vio Megapolitanus.**

*Thēno Æmathitarum Rex, quem a-  
mihi parentem dedere fata, augus te Im-  
perator, me ad te misit. Amicitia in  
perpetuum à vobis petitur. Gratiae  
pro præsenti auxilio dicendæ. Ea e-  
nīm Virtus tua est, Rex, ut amicitiam,  
quam secundis rebus petivimus, non  
infirmo vinculo contractam esse res i-  
psa testetur. Plerumq; enim fœdera  
secundo rerum tenore icta, ubi aspera  
intonuit sors, cunctoq; Bellona fla-*

E 7 gello

gello per agros hostilem equorum im-  
petum vertit, collabuntur, hominibus  
se in belli discrimen mittere recusanti-  
bus. Arbitratus es, maxime Regum, ab  
afflictâ amicitiâ ad florentem aliam de-  
volare turpe esse. Itaq; & nunc ob-  
noxij tibi, tuisq; magis sumus non  
tantum misericordiâ conciliati, foede-  
ribusq; tuti; sed etiam auxilio, dubiis  
in rebus offensi. Beneficium hoc ac-  
ceptum colamus oportet, ne ingratia,  
atq; onini ope Cælitum, hominumq;  
indigni videamur. Fuit sanè apud te  
justa semper causa amicitiae, velle cum  
tibi amicum esse, qui te appeteret. A-  
matib; et si fortunæ asper insultus,  
quo hactenus pressi fuimus, non mo-  
dicum nos debilitavit, non urbis am-  
plitudine, non agrorum fertilitate ulli  
genti, ulli nationi, præterquam vobis  
cedentes, non exigua, ut arbitramur,  
accessio felicibus vestris rebus, in ami-  
citiam venimus vestram. Palæstinis,  
Syrisq; , æternis tuterritoriis hostibus,  
qvandocunq; se moverint, à tergo su-  
mus;

mus; & qvod tu, ô Rex, pro salute no-  
strâ prior fecisti, id nos pro imperio  
tuo, pro gloriâ tuâ, pro tuo decore fa-  
ciemus semper. Jugo imposito na-  
tionibus hisce, quæ nostro lateri, tuoq;  
inhiant, qvod propedièm futurum &  
virtus tua, & fortuna spondet, impe-  
rium usq; ad nos habebis continens.  
Miserum est, acerbum est, qvod for-  
tuna nos coëgit fateri. Eò ventum e-  
rat, Imperator ut aut tibi sociorum ob-  
liviscendum, aut nobis inimicorum  
sceptro accedendum erat. Defensio-  
ne tuâ socii, vestriq; manemus: si de-  
fuisse, imbellium fuisset Syro-  
rum. Æmathiam ergo, & Æmathitas  
omnes ratis, an Syrorum viribus acce-  
dere maluisses, non mæcastor voluisti.  
Omnibus tua misericordia, omnibus  
tuum auxilium patuit: maximè tamé  
iis, qvidum sua defendere æquum ar-  
bitrantur, & nimiâ foederum, pacisq;  
fiduciâ decepti armis desistunt, in hanc  
necessitatem venere. Qvanquam pro  
nostris pugnavimus; pro aris, pro se-  
cis;

cis; retamen etiam pro tuis. Videba-  
mus enim, nos nefario latrocinio Sy-  
rorum peti; & ubi conflagrassemus  
Æmathitæ, ad vos transcensurum il-  
lum Cometen. Gaudebant igitur ob-  
latam esse causam. Oppugnatum hinc  
nos venere populationibus agros va-  
flare, prædas hominum atq; pecudum  
agere, incendia villis moliri, ruinas tri-  
stes inferre, omnia deniq; ferro, igniq;  
vastare. Bis sanguine nostro latum,  
bis nostræ legiones cæsæ. Hisce ira,  
expleri potuisset. Sed quid non au-  
det scelerata rapiendi cupiditas? Op-  
pugnatum nostram venere urbem.  
Aut delere hanc, aut possidere habe-  
bant in animo. Sed tu beneficio fœ-  
derum hoc tribuisti, né hostis avarissi-  
mus libidinem in victos exerceret.  
Bellicofissimum tuum Stratégum Jö-  
bum ad nos misisti cum imperio. Ille  
confertissimas hostium phalangas, in-  
numerabiles hostium exercitus vi, dex-  
terâ suâ percussit. Nihil enim est, quod  
hominem magis deceat, eiq; Deum.  
aqvæ

æqvè conciliet, qvam in necessitate  
constitutos sublevare. Ut aurum i-  
gne; sic benevolentia fidelis periculo  
perspicitur. Conflictatio in adversis,  
veritatis probatio. Facilius autem in-  
venias, qvi afflictis insultet, qvam qvi  
fortunatis gratuletur. Hoc tui Duci  
beneficium est; hæc temperantia. E-  
jus enim fides erga nos tanta fuit, ut  
nos clodium nostrarum non poeniteat.  
Bello propternos te implicasti; suscep-  
tum tam pertinaciter geris, ut sepe  
ad ultimum discrimen visa sit tua for-  
tuna pervenire, & hostium fors præva-  
lere. Cum in patriâ tuâ, in tuâ ditione  
tam atrox bellum, & Palæstinos hostes  
haberes: Joabum cum exercitu in Syriâ,  
velut ad colligendas nostri naufragii  
reliquias misisti. Ille ex quo in regio-  
nem nostram pervenit, nullo tempo-  
re destitit, quæ nobis fausta, quæ no-  
bis felicia, & quæ hostibus adversa vel  
tristia essent, facere. Omnia primò  
obsidionem, quæ videbatur imminere,  
dissolvit. Subditos nostros, sub co-  
ronâ

ronâ venditos, dimissis qui conqvi-  
rent, è servitute in libertatem vindi-  
cavit. Omnibus pilea data. Poten-  
tissimum deinde inimicum, adraze-  
rum, Sophenorum Regem, prælio de-  
vicit acerrimo. Victoria mentem per-  
stringebat illustrissima. Sed cùm jam  
propè esset, ut conspicuâ rediret lau-  
gu, alia tempestas ingruit. Syrorum  
acies adado Rege excita sedibus suis,  
terrore & armis totum miscuit cam-  
pum. Iterum videbamur perisse. Al-  
terum patriæ videbamus excidium;  
videbamus à veterrimis hisce hostibus  
excindi posse: Sed repente tui Ducis  
virtus emicuit.. Ille nihil, quæ strenui  
Ducis sunt, omisit, qvò obviam eundo  
hosti, instruendo aciem, admonendo  
milites, strenuam navaret operam. Vi-  
sa sunt Deorum auxilia accedere. Ille  
Syros, infestā nobis gentem, adeò con-  
tudit, adeò prælio affixit; ut non mo-  
dò non nobis, (absit cœlitum invidia!)  
sed ne posteriorū qvidem serieri timen-  
da sit. Captum Regem cernimus, qui in  
gratiam

gratiam captivi *Adrazeri* se bello im-  
miscuit exitiali. Vectigal ex agro ha-  
rum capis, optime *hos̄pes!* qvod nobis  
nōn tantum fructu jucundum, sed ul-  
tione. Ob hæc, quibus majora neq;  
sperare, neq; optare à Diis immorta-  
libus poteramus, gratias actum me *pa-*  
*ter* meus, tuus *hos̄pes & amicus, Ibene,*  
*Æmathitarum Rex, ad te misit.* Ro-  
gat etiam, ut si tuiore loco Rempubli-  
cam consistere volueris tam suam,  
qvam tuam, fœdus, hospitijq; jura in-  
ter nos, de novo rata habeantur. Jun-  
cti sumus omnes in hac mundanæ sta-  
tione, ad præstandum mutuum auxi-  
lium. Nihil tam pius, tam homine  
dignum, qvam alterius infortunium  
suumducere. Variæ fortunæ vicissi-  
tudines societate levantur hominum.  
Æqviore hinc animo toleramus for-  
tuita. Unitam virtutem validiorem  
esse, & res, & exempla satis, superq;  
probant. Hosti sanè terribilior est.  
Ut ut est, tibi arbitur ager *Æmathiæ,*  
tibi urbs nostra, regio nostra freq-  
tabitur.

tabitur. Conditor, parens nobis es;  
tuā virtute sospites sumus. Reddi-  
sti liberos cœli haustus; Unicuiq; de  
populo suos agros, necessitudines, la-  
res. Patri verò purpuram; mihi, tan-  
quam unico, cùm Dii sibi sociabunt  
parentem, quem tamen diutius inter  
vivos sinant, precor; opto, voveo, hæ-  
redi regnum asseruisti, asseruisti sce-  
ptrum. Exige à nobis, quieqvid voles;  
beneficio tuo minus erit. Nulla co-  
lonia tua erit, quæ nos obseqvio erga  
vos, fideq; superet. Annue modò,  
foedusq; iustum in multos annos confi-  
ma. Jube sperare incolinem tuo  
foedere futuram Æmathiam; Huc e-  
nim omnium voto profecti sumus. O-  
mnis ætas, omnis ordo expetit hoc.  
Annue tandem, *Heros*, inter caelestes  
Æmathiæ tutelas numerandus. Deûm  
virtute, tuâq;, ut hodiè regnemus, ef-  
fectum est. Salve, & sacra adyta vi-  
ctoriis tuis comple, quæ olim augebis:  
& sive hisce devictorum Regum, spo-  
lijs ad tholos nostros affixis per Ducem  
tuum,

tuum, tuam virtutem Numinibus æ-  
mathitarum consecras; sive tantum  
victoriae momentum, sacro tibi Nu-  
mini transmissum cupis; scias nihil  
obstare, qvò minus aras tibi statuamus,  
diemq; & Flaminem, nisi qvod te inter  
mortales agere, qvam diutissimè exo-  
ptamus. Gratulamur etiam, qvòd i-  
ta res per hos annos in Judæâ, in Palæ-  
stinorum regione, Möabitatum, Syro-  
rumq; territorio, ditionibusq; gessisti,  
ut Judæam non Jordane amne tenus,  
sed qvâ se Euphrates dispergit, quâ  
Nilus fertiles campos irrigat, quâ O-  
ceanus se cano infert tumultu fluctuū,  
armis domitam, armis paratam te-  
neas; Syris, nisi qvatenus dirus carcer  
cingit, nihil salvi reliqueris. Idcirco  
**DOM OUR MATER**. Præfidi Hierosolymitanæ  
arcis, non grates tantum ob hoc agere  
jussi sumus; sed munera etiam aurea,  
argentea, ærea, unâ cum illis, quæ ti-  
bi parens dedicavit, artificum operâ  
maximè conspicua, maximè insignia  
victoria ergo ferre. Id ut permittas,

quod 2.

quæsumus; utque; si tibi ita videtur, quæ  
nobis foedus inter nos contractum,  
hospitijque; summa solemnitas tribuit,  
persuasit, confirmavit, ea rata, atque  
perpetua tua facias, *Imperator*, autho-  
ritate.

## DAVID Rex. J H.

Conditionem affers, *maxime Princeps*, non accipi modò, sed anxie  
quæri dignissimam. Nam quis *Theonu*, quis *Æmaritaram* amicitiam, fo-  
derisque; necessitudinem non optet?  
Nec tu minora, fortissime *juvenu*,  
tuâ fortunâ, nec *Æmarbia* tanto sub  
Principe majora viribusque; potentiora,  
quam quæ postulas, sperare potuistis.  
Sed scis, positas semel leges constantè  
servari, nec ullam earum immutari,  
boni Principis esse. Nam, quæ in suo  
statu, eademque; manent, etsi deteriora  
sunt, tamen utiliora sunt Reipublicæ  
his, quæ in novationem vel meliora in-  
ducuntur. Cum Senatu regni prius  
consulendum. Si illis videtur, omnia  
fausto

fausto succendent eventu. Vis, consilij  
expers, mole suâ ruit. Adjuncta hæc  
prudentia, usui est; Sine eâ, abit magis  
in noxam. Si eorum consilio agitur,  
vires etiam conferunt; Spretivel præ-  
teriti, in necessitate destituunt egen-  
tem. Liberæ hominum mentes sunt,  
nec ullis legibus cogi possunt velle,  
qvod nolint. Maximè, qvorum au-  
thoritas regioni gubernandæ proposi-  
ta, eam captivitatem non fert. Ab his  
habeo sceptrum; ab his liberi mei ex-  
pectant. Liberum ipsis in quem ve-  
lint meorum suæ fortunam Judææ  
transferre. Hæc non ita accipias, sva-  
vissime hospes, tanquam qvæ tu vis, o-  
mnia, & præsertim hoc ipsum non ve-  
lim. Sed mirari te nolo, si Senatui  
suum relinqvo munus. Qvicqvid  
possum, ego polliceor; nec dubito,  
quin idem illi velint.

JORA.

JORAMUS , Æmathiæ  
Princeps.

JOACHIMUS STEPHANI Gr-  
istrovio Megapolitanus.

Et ipse hoc volo, *maxime Regum*,  
ut Senatum hâc de re consulas. Quid  
enim expediret foedus, si coactum, si  
in sciis contractum Statibus? Ipsa in  
necessitate cùm confligendum esset,  
cùm asperi fortunæ insultus hinc &  
indè increbescerent, privaremur ne-  
cessarijs suppetiarum copiis. Regem,  
si de unius sententiâ omnia gerat, su-  
perbum hunc judico magis, qvàm sa-  
pientem. Pauca aliquva unusvidet, plu-  
ra plures. Ævum omne vide; raro  
eminentes Viros non magnis adjuto-  
ribus ad gubernandam fortunam suā  
usos reperies. Præcipuum Principis  
opus est, amicos parare. Non exerci-  
tus, neq; thesauri præsidia regni sunt,  
verùm amici. Itaq; neutiqvàm tibi vi-  
tio vertere possum Senatus vota audi-  
te, Firma tamen spes me alit, Proceres

14em

idem acturos, qvod Principem agere  
vident. Itaq; etiam vos obtestor, Pro-  
ceres, ut bono cum nuncio ad paren-  
tem redeam. Opes nostras, fortu-  
nam, amicitiam foedare hoc offerimus,  
eà spe nixi, nobis itidem auxilium, ami-  
citiam, & foedera vestra prompta &  
parata fore. Fata obtestor, nulla vis  
ab hoc sacramento nos absolvet. Si  
fata sinent, ut felici foedare jungamur;  
tum plenum beneficium h[ic]ce debebi-  
mus; Sin malignior sortis aspectus sen-  
tentiam everterit nostram, nos tamen  
incorrupti persistemus, & saltim ani-  
morum inter nos erit commercium.  
Agite modo, & redeunti felicem date  
responsi exitum.

Hæc loquutus surgit, cultu offi-  
cioso Regem prosequutus; &  
a Davide ad januam deductus  
abducitur a Purpuratis: acce-  
dunt Consiliarii aulici.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

Videtis, Purpurati, in quo rerum ar-

F - ticulo

ticulo Judæa sit; aut priora fœdera ab-  
jicienda, aut renovanda sunt. Anxiè  
pristinam conjunctionem amicitiae Jo-  
ramus urget. Submissas agit gratias  
pro transmiso auxilio. Juvimus an-  
teà, & qvidem reqè. Amicitiam ob-  
latam recusare stulti, ne dicam insani  
est. Sed à religione nostrâ discrepat.  
Vereor, ne forsitan milites nostri qvic-  
quam contrahant ex ejus consuetudi-  
ne, moribus, religione. Jam quid  
authores mihi sitis, rogo. Consulite  
mihi & vobis; nec vobis tantum, sed  
toti regioni. Ultimo loco in exper-  
tæ prudentiæ reverentiam Josphatum  
dicere jubeo. Ille ex discrepantium  
sententiis utiliorem & meliorem eligi-  
to. Cui qvamvis solus rerum arbiter  
sim, jure ac nomine regio, si commo-  
da videbitur decisio, assentiar. Me-  
liori enim consilio insistam. Etsi fie-  
ri poterit, ex omnium sententiis, ut a-  
pis ex floribus, qvæ mihi & cōmoda, &  
utilia videntur, ambrosiam compara-  
bo svavissimam, Communis qvippè  
custodia

custodia Principatus, neminem unum  
magnificere.

ÆLIUS, Consiliarius.

FRIDERICUS Rorzen / Gustro-  
vio-Megapolitanus.

Sapientissimus non potest in ha-  
bitu suæ mentis stare, Imperator, nisi  
amicos aliquos similes sui admiserit,  
cum quibus virtutes suas communicet.  
Hominiamico, qui est amicus, ita uti  
nomen possidet, nisi, Deum, ei nihil  
præstare puto. Nihil in rebus huma-  
nis natura excogitavit præstantius ami-  
citiæ; nullum concordia contra fortu-  
nam majus auxilium. Nihil jucundius  
quam habere, in quo calamitas ac-  
quiescat. Similes autem sui admit-  
tere debet. Magnavis ad conjungen-  
das amicitias, studiorum ac naturæ si-  
militudo. Ad connectendas has vel  
tenacissimum vinculum similitudo  
morum. Dispares mores dispera se.  
qvuntur studia; undè diversa mens,  
diversa societas foederum qvandoq;

F 2                  jura

jura tollit ; qvæ maxima sanè sunt ad potentiam augendam. Itaq; cùm res ita ferte, Imperator, socios legi svadeam, qvi non mediocri valeant potentia, & in proximo habitent. Utiles hi, & viribus, & loci opportunitate. Si enim sævus ingruet fortunæ furor, si Duellona cruentam qvassabit scuticam, continuo ex proximo adjutores adsunt, adsunt copiæ. Remotiores priusqvam rumorem audiunt, priusqvam nuncium accipiunt, jam debellatum esse res ipsa sèpissimè testatur. Dùm enim copias conscribunt, dum arma expedient, dum viam emetuntur, ut succurrant; interim hostis acti furore in armicum, in confederatum invehitur, ut dejectum, ut captivum prius audiant, qvam videant. Sed nec imbellium societatem ambiri svadeo. Qværunt illi, cum qvà cadant gente, in caducum inclinant parietem. Suam quisq; fortunam in cōsilio habeat, cùm de alienâ deliberat. Nisi tamen quispiam talis sit, cuius ruina te qvoq; tra-

ctura

etura sit; tūm sanè aut junge te, aut ju-  
va. Magnus nodus, cūm dissentiunt  
inter se vicini duo potentes, qvi nec  
vincere, nec vinci sine periculo tuo  
possunt. Neutrales isti & in seipso  
nihil statuere possunt atrocius, & vici-  
nos non alia ratione alliciunt ad inva-  
dendum. Ii ipsi, qvi societatem alte-  
rius palam inducunt, ad alterum per  
occulta & fida magis consilia incli-  
nant, in utriusq; partis enses, in u-  
triusq; tela incurrisse videntur. Non  
enim effugient, qvin alterum aut so-  
ciūm habeant, aut hostem. Nam  
qvōd tanquam medium & tutissimam  
consilij viam, ut qviescant, abstineant,  
que armis, eligunt, ea verò non media,  
sed nulla est. Nusquam inveniunt  
gratiam stabilem, velut qvi eventum  
expectant, ut fortunæ applicent consi-  
lia sua. Indè præda Victoris sunt; ju-  
sta Nemesis eos assequitur, qvos igna-  
via, aut prava calliditas, ut alienis labo-  
ribus tuti essent, armis abstinuit. Et  
res ipsa testatur, acerbissimas hosce pæ-

F 3 nas

nas solvisse, Ergò ubi vel de religione  
defendendà, vel conjungendis contra  
communem hostem viribus concurrit  
consultatio, impigrè tentanda tunc a-  
lea, & alterutri se adjungendum. Utri  
verò? Si pares potentia, meliori. Fa-  
tis accede, Diisq; , & cole felices. Si  
disparē, potiori; nisi alia oportunitas  
aut utilitas vincat. Nam eas mæca-  
stor hic specto. Alta & animosa quid  
cogitas? Tuta potius; & animum jun-  
gentis probes, consilium auspicijs se-  
quare. Periculosum est, impotenti  
potentem jungi; qvia nempe facile oce-  
satione & prætextu foederis impotens  
poterit à nimis potente penitus oppri-  
mi. Sed si ritibus à tuis sacris differt, si a-  
lienum numē colit, quem te gores? Sa-  
nè sua cuiq; defensio à naturā permit-  
titur. Cunctatio in salute conservandā  
in malis non cunctantib; est intempe-  
stiva. Audendum, atq; agendum, non  
consultandum in extremis malis. In  
rebus angustis patria vel opem bono-  
rum; vel societatem reqvirit.. Non  
interest

interest, qvâ qvis ratione se defendat  
per se, vel per alium. Ignoscendum  
ei, qvi sangvinem suum qvalitercunq;  
redimere satagit. Alieno labore, alie-  
no sudore, aliquid acquirere, aliquid  
depellere, & res magni gaudij, magniq;  
consilij est. Ipse *summus rerum arbit-  
ter*, qvi universa, qvæ sunt, verbo ju-  
bet, ratione dispensat, virtute con-  
summat, in ulciscendis majorum no-  
strorum peccatis gentium ministerio  
usus est. Quoties enim illi tergiver-  
santes summa & sacra Det iusla seqvi,  
alienorum numinum cultus seqveban-  
tur, toties peregrinorum telis exposu-  
furiæ suo fatiaverunt sanguine. Po-  
tentissimus Regulorum Mesopotamiæ  
**Cusarthres** nonne per integrum osten-  
nium nostris inhalit terris? Ille ferreo  
jugo majores nostros domuit, censum  
imperavit, colonos abegit, & omnia  
hostilia ausus, sanguine nostro pavit  
viscera. Hujus furores insequutus  
**Eglon**, Moabitarum Imperator, octo-  
decim annis suâ tyrannide Israëlitis

F 4 præ-

præfuit: donec potentissimi Herois  
manu concisus, intra alvi viscera crue-  
tum retinuit gladium. Jabin præter-  
eo Canaanorum Regulum, exercitu  
instructum fortissimo, adjectis non-  
gentis quadrigis ad usum præliorum  
reservatis. Quatuor duces, quatuor  
exercitus Midianitarum quanta damna,  
quanta dedecora nostræ impresserunt  
genti? depopulando, nec armenta,  
nec greges, frumentaq; relinquebant  
intacta. Omnia hostili exposita erant  
impetu, erant furori. Ammonitas,  
acerrimosq; omnium Judæorum ho-  
stes Palæstinos silentio involvam. O-  
mnes autem missos Sacra Veritas dicit  
ob cruenta populi scelera. Deus enim  
malis ut carnificibus utitur, ut malos  
per malos castiget, & ad meliorem re-  
ducat mentem. An autem tibi asper-  
nanti has suppetias, hæc auxilia, & in  
promptu, paratoq; copias infundenda  
in gremium est divinæ benevolentia  
gratia? Seqvendi sunt nobis parentes,  
qui feliciter sequti sunt suos. Sic A-  
brabamo

brahamo, conditori gentis nostræ, con-  
federatos fuisse legimus Anerum, Esco-  
lona, & Mambren. Ab ipsius cultu  
plurimum distabant. Non tamen au-  
xiliahorum aspernatus est, fratre ab Re-  
gibus orientalium abducto. Cum I-  
saaco Abimelechus Palæstinus foedus con-  
trahit. Sic sibemi Rex cum Jacobo  
voluit esse foederatus. Decet autem  
historias intueri, & ex his præstantissi-  
mum agendi commodum sibi parare.  
Nullum adeò virtutis sterile seculum,  
qvod non & bona produxerit exem-  
pla. Exempla vetera plurimum so-  
lent & authoritatis habere ad proban-  
dum, & jucunditatis ad audiendum.  
Ii autem maximè rerum miraculis fi-  
dem non habent, qvibus non conti-  
git qvicqvam intueri, qvod esset com-  
muni hominum opinione majus. So-  
la enim virtutum incorruptus testis  
vetustas. Exasperat homines impe-  
rata correctio, blandissimè jubetur  
exemplo. Nihil enim est, qvod non  
exacta vetustas ediderit, longiq; ævi

commiserit labor. Nescire autem  
quid antequam natus sis, acciderit, id  
est semper esse puerum. Ex his co-  
gnoscimus, quid maiores nostri ege-  
rint, quæ foedera habuerint. Foede-  
ra autem ea, eò æquiore animo sunt fe-  
renda, quò majore necessitate urgente  
contrahuntur. Necesitas legi subje-  
cta non est. Durissimum hæc telum.  
Optimum est pati, quod emendare non  
possis, & DEUM, quo auctore cuncta  
sunt, sine murmuratione comitari.  
Gubernator in tempestate dignosci-  
tur, in acie miles probatur. Cupias,  
quodcumq; necesse est, si aliter res, si  
locus, si fortuna non sinit.

**ELIESER, Confiliarius.**  
**DIETERIEUS KOCH, Gustr.**  
Megapolit.

Omnia posthabenda, dum occasio-  
nem manibus est. Qui deserit occasio-  
nem, deseritur ab occasione. Ille au-  
tem occasione destituitur, qui eam  
præterlabi sinit, nec, cum hostem pro-  
pulsare

pulsare potest, propulsare audet. Pro-  
pulsandus autem est qvovis modo ad-  
hibito. Sive virtute, sive insidiis. Ho-  
stis est, In quem ea usurpamus. Per-  
dere hunc mos & fas est: & qvid refert,  
qvo modo? Dolus, an Virtus, qvis re-  
qvirat in hoste? Quidlibet oportet co-  
nantem hostem frangere, occidere ad-  
versarium. Venator feras qvasdam vi-  
trucidat, qvasdam occultis laqueis de-  
cipit. Belli fortia pulcherrimam laudem  
habent, per quæ hostes maximè deci-  
piuntur, amici verò juvantur pluri-  
mum. Facinorum militarium ea sunt  
minoris laudis & momenti, quæ pro-  
palam & per vim patrantur, his, quæ ex  
occasione & per dolum. Sanè cùm ju-  
stum bellum suscipitur, ut aperte pu-  
gnet qvis, aut ex insidiis, nihil ad justi-  
tiam interest. Fœderatum injustè fal-  
lere, impium. At hostes, non solum  
justum, sed etiam svave, sed fructuo-  
sum. Qvod si his utilicet, uti certè li-  
cet, Infidelium qvoq; auxilium imple-  
rare concessum est; At si ab talibus ab-

horres, fidemq; etiam hosti servare vis,  
regium ducens, non fraude, nec occul-  
tis machinis, sed palam, & armatum.  
hostes tuos uelisci, equidem & hos ad-  
ducere potes. Ipsorum enim sanguine  
litabitur. Strenui pugnabunt, &  
tanquam suam defendent salutem.  
Non tam bellica vis in manibus, in ro-  
bore, quam in arte, solertiâq; proficit,  
tam ubi cavendus, quam opprimendus  
hostis. Talionis etiam lex hoc requi-  
rit. Nos possumus succurrere infidelis-  
bus; ergo & illi nobis. Quidquid gens-  
gentem præcedit in bello, & plaga cœ-  
li non tantum ad robur corporum, sed  
etiam animorum facit. Nullus autem  
pudor est, ad meliora transire. Nulla  
est negligentia venia, ubi de salute cer-  
tatur. In rebus asperis & dubiis for-  
tissima quæq; consilia tutissima. Tar-  
dum est differre, qvod res exigit. Ex-  
rema moras recusant. Salus populi  
suprema lex. Adde, quod nasej so-  
leant existâ cum alienigenis, cum In-  
fidelibus confœderatione diffensiones

inser

inter ipsos Infideles. Sic inter se mu-  
tuò confidentur. Luctuosissimo side-  
re percurrent: domestica arnia Infide-  
lem regionem, & inter seipso audie-  
bunt signa tollere. Sic absq; ferro &  
sangvine nostrorum morbi s̄avities  
poni poterit. Diurnā patientiā hoc  
egimus, hoc effecimus, ne ipso inter se  
concurrerent. Atqvi si unqvām effe-  
rendi imperij usurpandarum virium  
tempus optastis; en, hoc tempus adest,  
& virtute vestrā, & DEUM benignitate  
concessum. Tentāsti, ô REX! hanc rem,  
mittendo Ibenoni suppetias; effecisti,  
ut infestæ Syrorum copiæ, horribiles  
& formidandæ Adrazeri turmæ terga  
verterent, ut inter se ipsi concurrerent.  
Nec ipsi impetum hunc pertulerunt;  
Bellum Ibenonū operā cum syris ges-  
simus. Confederati prius fuērē;  
nunc armis inter se discrepant, nunc  
præliantur. Si foedera non interces-  
sissent nobiscum, conjunctis viribus in-  
nos ferrentur. At his effectum, ne no-  
stro sangvine eorum expiarentur fu-

riæ, ne suas iras nostro satiarent crue-  
re. Ita & majestas, & virtus fortunæ  
huic rei obsecundare videtur. Cete-  
rūm pacem hanc foedere confirman-  
dam auguror & arbitror; si me, si **Ae-  
tium** audis, ô Rex! Si tempore uti vo-  
les, iustum erit foedus & renovatum.  
Ex hac laureâ duos potentissimos Re-  
ges captivos habes; Syriae utriq; im-  
peras tributum, censum agis, & sup-  
plices habes ferocissimas gentes. Eò  
invictus eris, quod in secundis rebus  
sapere & consulere memineris. Et  
herculè mirandum erit, si feceris aliter.  
Ex insolentiâ qvibus bona fortuna est,  
impotentis lætitiae insaniunt. Tibi u-  
sitata, ac propè jam obsoleta ex victo-  
rijs gaudia sunt. Rumpe ergo moras,  
maneat foedus, ô Rex! ant tota annorum  
pacem cum **Aematibû** hodiernus dif-  
feret dies. Si hanc spernes pacem, i-  
terūm in communionem gentis redi-  
bunt, & armato exercitu obsidebunt  
portas nostras, tecta nostra. **A**ëstima-  
bunt deinde capita nostra, perjurorum  
numero

numero habebimur, qui priores in fo-  
deris verba peccaverimus. Sed ante-  
quam hoc fiat, sacra habe, foedus feri,  
leges renova. Tum hanc accessione a-  
amicorum tutum erit iter, etiam per  
confertos hostes.

## OSEAS, Confiliarius.

JOACHIMUS Wernicke / Sten-  
daliensis Marchiacus.

Adeone perditæ res Israëlitarum, ut  
de aliis jam cogitemus suppetijs? Res  
jam ad restum rediit? Jacet majestas  
tot annis illibata, tot contra insultus  
hostium pura reservata! A quibus op-  
primitur? A nostris. A quibus con-  
cultur? à nostris. Miseret me Rei-  
publicæ in tantam calamitatem delap-  
sæ. Ita alia ex aliis mala pullulant.  
Nunquam læta eodem gradu stat for-  
tuna; terga vertit, & retrò labitur;  
Annosa quercus etiam levi alicujus  
venti murmure dejicitur; nec alia tem-  
pestas Imperia delibat. Videmus jam  
in hunc statum devenire Rempubli-  
cam,

eam, ut aut fœdera neganda, aut fir-  
munda sint. Posteriori opinioni ad-  
harentes habeo, at magno cum malo,  
cum magno dedecore. Timore enim  
contracta fœdera maximum inferunt  
damnum. Cauto autem animo por-  
derandum, acutâ mente videndum, ne  
per fœdera fiamus participes alieno-  
rum peccatorum. Scelera enim aliena  
alienas pœnas expectant. Ultor est  
Deus scelerum. Hinc pœnarum æstu  
flagrat in illos, qui accessione partium  
sceleribus se jungunt. Infideles autem  
manifesto his à nostrâ separari Repu-  
blicâ, & testes ipsi & ceteri estis. Sed  
specioso prætextu, per semala, fu-  
caridebet. Sic semina discordiarum  
inter infideles, inter aversos à nostrâ  
religione spargentur, quibus se mutuo  
enecent. Non sinit Deus rem poten-  
tiæ suæ virtutem hominum, & maxi-  
mè hostium videri. At forsitan hoc  
pacto firmiorem te contra ceteros pu-  
tas? Infirma potentia, quæ jure ima-  
ginario constat, quæ ex alijs dependet,

&amp;

& qvidem ferocissimis, omniaq; libidine agentibus. Peregrini favor populi vanus, qvandoq; magnitudine suâ, ubi ipsis vires suæ placent, authori nocent maximè. Rarò dissensionis ille finis perpenditur. Ex accidente fit, qvod interdùm inter se digladiantur. Alius modus, alia causa excogitatur. Frivola hæc & pestilens authori. Improbi hoc pacto artifices opus querunt, qvi & semper ægri, aliquid esse in Republicâ volunt, ut sit, ad ejus curacionem à te, *optime Regum*, adhibeantur. Ultrum enim defenditis, an impugnatis populum, Regemq; ? Quantò tamen si qvicquam in vobis non dico, civilis, sed humani esset, favere potius, regno que benè præsse deberetis ? Ea enim cum præcipue Proceribus esse debet, id studium. Itaq; juvandi à nobis distantes à nostrâ religione si communis hostis ingruit ? Benè se habet; & illi nobis vicissim copiis suis succurrent, cùm necessitas armorum postulabit. Qvis hostes juvet, qvos in perniciem suam novit.

novit esse intentos? Non illi nobis fi-  
dunt, nec nos satis illis. Utinque; odia  
mutua sunt, mutuae iræ. Multa ut sci-  
tis, cum Æmathitarum Regulis, ma-  
joribus discrimina fuere, fœdera indè  
& imago hospitiij, veriās bello lassatis,  
quam odia ponentibus. Nunc quid  
sentiam, auxilium, an insidias adve-  
nisse adhuc incertum est. Nonne, si  
ad ingenium suum redibunt Æma-  
thitæ, periculum nobis erit? nonne  
hoc pacto arma contra nos ipsos excie-  
mus? nonne in viscera ferrum? in Pe-  
nates, in lares ignem accendemus, di-  
rigemus? Dij meliora velint, tantamq;  
abesse jubeant pestem, tantas flamas,  
tantum incendium! Hosti tamen lici-  
tum insidias locare? Nec hoc ego ne-  
go, si licitis fiat modis. Eam Vir san-  
ctus & sapiens scit veram esse victoriam,  
quæ salvâ fide, & integrâ dignitate pa-  
ratur. Salvam in his volo fidem. Fal-  
lere hanc exitiosum & impium. Has  
autem ita hostibus nostris struere debe-  
mus insidias, ne quid contra Deum mo-  
liamur.

si amur. Potest insidiis locus esse , dum  
ne qvid scelerati fiat. Ceterum ubi-  
cunq; D<sup>E</sup>I majestas violatur , ubi con-  
scientiae parum bene consulitur ; nemo  
tam simplex est, tam stolidus , qui non  
ab ejusmodi versutiâ abhorreat. Meo  
sanè animo censeo , neq; splendidam ,  
neq; firmam ullam victoriam , nisi quis  
palam & ex conducto depugnans , a-  
nimos quoq; dejicit adversariorum .  
**Q**ui dolo succumbunt , facile iterum  
insurgunt : non virtute , sed occasione ,  
& arte Dueis victos se rati. Durum te-  
lum Necessitas ? Profectò durissimum ,  
præsertim si nullâ aliâ vi exire possu-  
mus. Fereus & rigidus essem , si de-  
merso , & meum auxilium poscenti o-  
pem negarem. Sed cum eo statu sit  
Respublica florentissimo Imperatori ,  
ut talia opus non sint foedera , merito  
ea rejicio. Armorum exercitatio , ju-  
ventutis elegantissima virtus , formido  
ac terror Judæi nominis satis argu-  
mento sunt , mentionem horum sup-  
primendam esse. Victoriae illustres  
sumus.

sumus; alia post aliam natio devicta ju-  
gum agnoscit nostrum. Qvocunq;  
nos vertimus, Diis benè juvantibus  
procedunt. Omnia pro nutu fata &  
Coelites gubernant, augent, amplifi-  
cant. Cur aliena nobis injungimus  
damna? Cur exteris tangimur malis?  
Satis damnorum interdùm dedimus:  
absit, ut ad levitatem peregrinorum si-  
gna moveamus; ut aliorum libidini  
succurramus. Ferant, qvod suis me-  
guere factis. Judæi ab his liberi sint,  
ab his immunes. Qvid illis nos tactio-  
est? qvid sollicitatio? tanta forsitan  
fortuna nostra ipsis videtur, ut parvi-  
deatur Syrorum? Fortitan. & in ani-  
mum induxere, dolis nos alienis impli-  
care bellis, & jam debilitatos, viribusq;  
accisis aggredi, qvos sine hoc astu ne  
qvidem tentare auderent. Scio qvi-  
dem, nec mens inscia hujuscce rei est,  
DEUM qvandoq; ulturum: parentum  
nostrorum vitia, ministerio exterorum,  
ministerio gentium usum; non tamen  
eo inducar, ut ex hoc argumentum mi-  
hi

hi desumam, licitum exterarum gentium militiā suos hostes devincere. Leve hoc, & perqvām leve. Summus enim Cœli Monarcha non jure foederis, sed absolutæ potestatis utitur tali flagello. Impar divinæ nostra potestas. Immensa, universalis, & plena iustitiae Dei potestas; Tenuis nostra, & innumeris scatet sordibus. Quid illi potest esse difficile, qvi pro immensâ rerum possibiliitate omnium, vocatur omnipotens? Ipse facere potest, qvod hominis ratio comprehendere non potest. Dei consilium occultum esse potest, iniqyum esse non potest. Usus est ille Pharaonis operâ ad plectendum, usus ceterorum Palæstinorum manu ad infleßendum: ceterū nobis eorum sodalitas, eorum commercium plane fugiendum. Defensio qvidem licita est, si honesta sit; At infidelium ambire opes, ambire amicitiam, an honestum sit, maximè dubito; imò plane nego. Defensio si extra legitimos terminos transilit, in-

valio

vasio est. Maneas in eà tantùm, nec  
hoc prætextu pedem, manumq; pro-  
moveas, & aliena apprehendas. Ques  
hoc modò tutior; nec de obtinendo  
laborandum, sed tenendo. Testudo,  
ubi collecta in suum tegmen est, tuta  
ad omnes est ictus; ubi exerit partes a-  
liqvas, qvodcunq; nudavit, obnoxium  
atq; infirmum habet. Sic tu, ô Rex,  
apud te tutior es. Si peregrinis ceu  
sociis uteris, vitium contrahes gravissi-  
mum. Aviditate plura complectendi  
hic exceditur. Nuda omnia, quæ ex-  
trasunt, & exposita ad omnes ictus.  
Exempla non moror. Non quid fece-  
rint, sed an rectè fecerint, dispiciendū.  
Multitudò delinqventium, non parit  
parrocinium sceleri. Nec exemplis,  
sed legibus dijudicandum. Sanxit au-  
tem sacra DEI virtus, quem unicum,  
ceu verum, ceu omnipotentem coli-  
mus, ne unqvam cum terræ habitato-  
ribus jungamus amicitias, ne foedera  
cum ipsis ineamus. Transgressi pa-  
tres nostri aliquoties, poenas dedere

me.

meritas: Facti sunt Palæstini ipsis fo-  
vea, in qvam caderent. Laqveo hoc  
obstrinxere gulas, animas perdidere,  
refragando privati sunt usurâ suæ ter-  
ræ. Tantæ hæ clades exortæ sunt,  
qvòd cœlo emissâ vox spreta fuerit,  
qvòd leges contemptæ. Igltur victi,  
captiq; ac redempti tantum poenarum  
fatis, hæminibusq; dedimus, ut aliis do-  
cumento simus. Adversæ res admo-  
nuerunt religionum. Confugérunt  
patres nostri ad Deum, ad sanctissimam  
Numinis aram; felici successu omnia  
evenerunt, hostesq; cæsi. Illicitum e-  
rat illis cibum cum Ægyptijs sumere;  
nobis laudi erit aliarum gentium sacris  
initiari foederibusq; jungi? Nonne pu-  
tatis nos eorum vitijs corruptum iri?  
Ex contagione cœli, animi habitus in-  
terdùm vitiatur: multo magis vitiabi-  
tur contactu morum, contactu vitæ,  
& commerciorum. At amoris & vo-  
luntatis communicatio esse debet inter  
eos, qvibus mutua societas initur? Qvi  
vero amor esse potest, inter diversæ re-  
ligio;

ligionis inter fidelium, & infidelium  
cohortes? Fucē constant hæcce fœde-  
ra. Majores nostri, convenæ, pasto-  
resq; omnes incolas, omnes habitato-  
res hujus regionis, DEI iussu, ferro ex-  
tirparunt, occiderunt, deleverunt, ut  
ne nomen quidem supersit; nos dede-  
ceti ipsis erimus? cum exilibus, cum  
condemnatis fœdera feriemus? socie-  
tatem, unam civitatem habebimus?  
**Q**uadringentesimus, quadragesimus  
quintus, vel circiter annus agitur. In-  
ter tot veterimos populos, inter tot  
ferocissimas nationes bella gerimus,  
cum interea ne singulas loqvar urbes,  
non conjunctum Palæstinis Syri tot,  
tam valida oppida, non universa Idū-  
mæa, non Ammonitarum regio, bello  
nobis par est. Cur jam alia respicimus  
auxilia, alias fœderis leges? Ne te pu-  
tes posse deficere, si te Deus fuerit di-  
gnatus custodire. Qui hunc pro se  
contra hostes stantem habet, talem a-  
nimum concipere debet, ac si humanis  
etiam opibus sic longè superior. Per-  
versa

versa sunt omnia, quæ à Deo non sunt:  
Qvod, cū ita sit, quæ, malū! ratio est, ex-  
pertis alia experiri, cū jām ut victos ve-  
stra alijs auxilia jūgi veli? Numinū certè  
sūni reverentia hoc agere nō patiatur!  
Hic ejus cultus est, qvi patribus nostris  
tantæ felicitatis cumulum exhibuit, ut  
plura desiderari non possiat. Si ejus  
monita spernimus, certè & ipse salu-  
tarem nobis subtrahet manum; qvod  
omnibus piæ & sanæ mentis abomi-  
nandum esse, maximè convenit.

### ASRAËLAS, Consiliarius.

JOACHIMUS BULTENIUS Rubrizā-Me-  
gapolitanus.

Quousq; tandem ignorabimus vi-  
res nostras, qvas natura ne belluas qvi-  
dē ignorare voluit, Imperator, & Purpu-  
rati? Numeremus saltim, qvot ipsi simi,  
qvot adversarios habeamus. Si singuli  
singulos aggressiūri essemus; tamen a-  
criū crederē nos pro libertate, qvā illos,  
pro dominatione suā certaturos. Qvot  
enīm clientes peregrini, & Rex circa te  
unum frēre patronum; rot aduersus

G te

te unum hostes essent. Abstine foede-  
ribus, ô Rex! pacem alias sat firmam  
habebis. Videbunt paratos, nos ad  
rem, curam hanc ipsi remittent. Au-  
dendum est aliquid universis, ne singu-  
li nobis ipsis hisce societatibus bellum  
paremus. Quousq; te circumspecta-  
bimus? Tu quidem nulli nostrum de-  
eris. Ne fortuna tua desit, vide. Tuus  
exercitus, cum Syri confederatis im-  
minerent, nullus fermè fuit: & vidisti  
fermè in vincula universos milites du-  
ei, nî virtus & fortuna alièr voluisse.  
Hæc tépestas à confederatis excita est.  
Parata ne sempèr copias habebimus ad  
ipsorum nutum? nostrumne sangu-  
inem aliorum gratiâ fundemus? Quid  
sperabimus, si plus in nos audeant ini-  
mi ci? Benè facis, qvòd abomineris. Dñ  
prohibebunt hoc. Sed nunquam id  
circò Cœlites de cœlo descendent. Men-  
tem nobis dedere; hæc duce consulen-  
dum, hæc aurigâ ad consilia descen-  
dendum, ut à barbaris hostibus, à su-  
perbis defendamur socijs. Tam par-

vus

vus animus nobis sit, ut aliorum armis  
nostra tuenda reamur? Cur adversus  
externos milites, ceterasq; sævissimas  
gentes tantum animorum gerimus, ut  
imperare illis æqvum censeamus?  
Quia conservimus cum ijs pro impe-  
rio certare; adversus socios tentare  
magis, qvam tueri libertatem. Tamen  
qvalescunq; duces habuimus, qvales-  
cunq; ipsi fuimus, omnia adhuc qvan-  
tacunq; petijmus, obtinuimus seu vi,  
seu fortunâ nostrâ. Unde tempus est,  
etiam majora conari. Experiamur  
modò & nostram felicitatem, & te, ut  
spero, felicitè expertum. Solo æqvani-  
dæ sunt fœderum imagines, & societa-  
tis jura, ut caput attollere audeamus.  
Forsitan ex lege æqvâ fœderum expe-  
ctas à socijs consilia, cum alias te ob-  
ruit armorum horror. Illi ipsi, ubi  
cum hoste convenit, & partæ pacis in-  
ducitæ sunt, præteritos se rati, acerbio-  
ri, qvam parest, irâ efferantur. Infidi  
exteri, & majori ex divercio mercede,  
jus, fasq; exuunt. Venales ipsis ma-

G 2 nus:

nus; Ibi fas; ubi merces maxima. A-  
mant non juberi, non regi, cunctaq;  
exlibidine agere; & sàpè illud agunt,  
propinqvo summæ rei discriminæ.  
Qvam mentem geres, qvem animum,  
cùm tumultuari illos videbis, cùm sedi-  
tiosè agere? Sing pudore flagitij, sine  
cura ducum tua latera nudabunt, abi-  
bunt, fugient. Quid miratis? non fi-  
de, non affectu solidantur; non seriò  
alienæ dominationi sangvinem com-  
modant. Plusibi contra hostes mina-  
rum, qvam periculi. Incolis graves  
funt; solent omnia, tanq; vnam externa,  
aut urbes hostium urere, vastare, rape-  
re; Populatores terræ, qvam à popula-  
tionibus vindicare debebant. Cete-  
rū perfidiam nulla beneficia vincunt.  
Hæc pacati adhuc agunt. At ubi per  
justissimam rationem discessum à fœ-  
dere, continuò gravissimum videoas  
bellorum incendium. Ut enim A-  
damas, si frangi contingit malleis, in  
minutissimas disilit crustas, adeò ut  
vix oculiscerni queant: ita arctissima  
necessi-

necessitudo, si quando contingit ditio-  
mi, in summam vertitur similitudinem.  
Ad arma decurrunt, & quæ pro defen-  
sione anteà gesserunt, in amicos ver-  
eunt, ac si ipsis assentiendum, ac si ipsi  
domini essent. Ordinario magistra-  
tui suas ditiones, suos subditos auferre  
volunt. Omnia ex libidine agunt, non  
templa, non sacra immunitia ab horum  
furore sunt, aut manent. Latrociniis  
dant operam, terra tremit confertissi-  
mis hostium phalangibus, eqvorum  
hinnitus undiq; audiuntur, segeles in  
flore demetuntur, ipsi inde agri fune-  
ribus, ceu seminibus justis oppleti sine  
cultu jacent deserti. Non curant eae  
li rores, non salutarem Matutæ aquam,  
argenteosq; latices. In lacum aquæ  
cessit manus sanguis; crux nostro  
pinguiscent novalia, tabo nostro ubi-  
riora redduntur. In gratis convalli-  
bus in montosis locis, in campis, ubi  
grata volucrum harmonia auditur,  
ubi concentu savissimo aëdon reso-  
nat, dirus tubarum clangor reböat,

Classicum undiq; frendet, & ferali  
horrore animos omnium infringit.  
Cadavera semiusta tempe celebrant,  
exornant, illustrant. Coloni agris suis  
cedunt, in tutum se conferunt, antra,  
tesqva, & desolata occupant loca, evi-  
taturi hostium, (sociorum fermè no-  
men addidisse) tyrannidem. Alio-  
rum bona diripiunt boni illi hospites,  
villas incendunt, pecudes abigunt, hor-  
rea evacuant; nec generosissimæ vini  
speciei parcitur. Omnes diruuntur  
palmites, omnes corrumpuntur ficus,  
ac si non in homines tantùm sœvire,  
sed etiam arboribus, & rebus innocuis  
vim afferre deberent. Antiqua mu-  
nimenta diruuntur, insignia regionum  
ignibus populantur. Ipsa sacra tem-  
plorum adyta, sangvine contaminata  
horrorem injiciunt mentibus. Incen-  
duntur recta flammis, & ferro omnia  
pervia. Ignium vi cœlum rubere, nu-  
bes ardere, machina siderum calorem  
haurire videtur. Qui restant ex diro  
hoc naufragio, cruentam experiuntur  
furem.

furorem. Cani, qvibus reverentiam  
habere juventutis flos, erga qvem mi-  
seratione uti debebant, contemnun-  
tur, deturpantur. Lacrumæ & fletus  
risum illis incutiunt; Neq; nobilitas,  
neq; cuiusq; dignitas qvicq; va-  
let. Omnes huic furori exponuntur.  
Bestiarum funguntur vice. Ante fa-  
ciem, in conspectu mariti conjugalis  
thori castitas à nefando resolvitur mœ-  
cho. Filiarum honor, & illibatus pu-  
dor in parentum defloratur conspe-  
ctu: & qvod majus, qvod horribilis,  
cùm odio, & iracundia, furoriq; de-  
mentie ceteræ cupiditates jam cesserunt,  
furiarum occupant officium, infando  
trucidantes gladio. Sorores in fratum  
amplexu, heri cum servis, dominae cum  
ancillis ferro mactantur. Ipsi infantes  
(ô mores! ô tempora!) nocte cæcâ in  
matris gremio, in abdito uteri sinu la-  
titantes, priusq; vitam suam auspi-  
cantur, vitam deponere volneribus ju-  
bentur. Multi ferro hanc necessita-  
tem exire volentes in sua adegerunt

G 4 mucro.

mucronem viscera. Ipsa etiam funera,  
ipſi manes jam supremæ demandati  
matri, effodiuntur, prædarum cupidi-  
ne, ac si in tumbâ conderemus aurum.  
**A**rtus, qvibus tacitam natura reveren-  
tiā indidit, soli exponunt, & libidine  
bestiali exardentes sœviunt in mortuos.  
**T**empla diruuntur, tecta sacra fumant,  
**Sne conflagrantes terrorem & stupore  
mihi injiciunt, ne aures violē hone-  
stas; tetram enumerando horumce-  
nebulonum tyrannidem. Hi vestri  
Socij sunt, vestri confederati, qvi plus,  
qvām externis tumultibus per pacta  
hæc eruuntur. Qvicqvid dixi minus  
est; major & crudelior sœvitia eorum.  
Hæc plerumq; fortitudinis summa.  
Nobilissimæ genti infamia, an perni-  
ciei plus creent, ipse, o Rex, existima.  
**C**omponendis fluctibus unicum reme-  
diū, ne ita externis credas auxilijs, ut  
non plus tui roboris, tuarumq; propriè  
virutum, viriumq; in castris habeas.  
**S**apienti qvidvis pati satius, qvām ut  
ultra**

ultrō invitentur, qvibus patriam extor  
res ipsi ad prædam relinqvamus.

JOSAPHATUS, Cancel-  
larius.

BURKHARDUS KÜSTER Dannenber-  
gà Sixo.

Ipsa, Imperator, fortunæ , negotio-  
rumq; malignitas Reges ac Principes  
Viros summis illecebris , præmiisq;  
qvandoq; invitat ad peccandum ; ma-  
ximè cùm ea occurunt, in qvibus il-  
lud, qvod æqvum est, stare videtur ab  
eorum gloriâ aut securitate regnandi.  
Tum qvidem fidem fallere, nùm simul-  
tates exercere, tum dissentire à suis u-  
tiq; verbis, egregiam in Regibus lau-  
dem meretur. Egregium hoc putant,  
& maximè honestum. Ac si Numinis,  
à qvibus cura regendorum mortalium  
ipfis demandata, à qvibus regna acce-  
pere, non sine subsidiario scelerum  
agmine administrari posse voluerint.  
Hinc innoxiis, propinquisq; gentibus  
semina dissidiorum spargunt, ut illis  
bello occupatis sua possint curare, &

G 5 pace

pace seqvestrâ frui. Ex aliorum infeli-  
citate suam putant pacem, suam qvie-  
tem. Nunc sociorum Regum ami-  
cos, purpuratosq; immodicâ largitio-  
ne ad secretorum proditionem solli-  
citant. Spes futuri beneficij præsen-  
tibus pignoratur. Formidolosa in fu-  
turas tempestates remedias. Reges  
qvanquam culmine regni sint prædicti,  
vinculo tamen fideitenentur adstricti.  
Itaq; culpandi illi, qui foedera ex quâ-  
vis causâ interveniente abrumpunt.  
Semel contractum firmum maneat.  
Prius tamen, quam contrahatur, sa-  
pius deliberandum. Situnc expedit,  
ferendum; atq; contrahendum. Et  
qvidem recte *Æl:us* cum barbaris &  
Infidelibus amicitiam posse contrahi  
Abrahami, Isaaci, Jacobi exemplis de-  
monstravit. Nec enim nefas est, ha-  
mines, quamvis diversas religiones co-  
lant, inter se amicitiam gerere; qvâ  
est ab ipsâ rerum naturâ universum ge-  
nus humanum qvodam modo conso-  
ciatum: sed usq; ad aram. Nulluse-  
nim

nim societate ita implicari fas est, ut e-  
juscausâ de via veræ virtutis sit decli-  
nandum, aut ulla ex parte polluenda  
religionis iuria. Id qvod multis, etiam  
optimis evenit, qvi eos, qvos Deus o-  
derat, amavere. Multa sunt in sacra hi-  
storiâ. At Abrahamus, Isaacus, Jaco-  
bus suis illis foederibus nihil aliud,  
qvâm pacem dabant, atq; constitue-  
bant Barbaris petentibus, in qvorum  
regione vivendum amicè ipsis erat;  
cùm nondùm essent jussi, hostilitè se  
erga illos gerere. Non enim adhuc  
pervenerant ad summam Amorrhæi  
impietatem. Neq; vaqvam autem pa-  
cem ab illis turpiter, aut flagitiosè re-  
dimebant, cùm vel suis ipsis rebus ab ijs  
timerent, neq; Deo suo satis confide-  
rent; vel ullos hostes suos ulciscendi,  
vel aliorum deniq; fortunas invadendi  
subseqvium, subsidiumq; qvarerent.  
Itaq; ad Reipublicæ tranquillitatem,  
conservandam, absq; ullâ Deli offensâ,  
illorum foedera spectabant. Jam ve-  
rò optime Regum, illa amicitia, qvæ tibi  
cum Ioramo intercedit, qvis nescit.

quam fuerit tibi utilis ad ea comparanda, quæ ad cultum divinum pertinent. Hæc eò à me monentur, ut vitandam nobis esse intelligamus arctiorem, quæ lubrica sit, atq; periculosa præsertim, conjunctionis necessitudinem, cum ijs quos à proba religione alienos esse sciimus: ne videlicet eodem cum ijs devincti jugo, illuc simul abripiamur; quò ipsi, prava sua studia sequntur, feruntur. Ceteroqvi pacem atq; tranqvilitatem in Repùblicâ quantum possimus, colamus, & conservemus, Nec ab contracto foedare unquam recendum arbitror sine urgente legitimâ causâ. Sin verò pax publica, pax in religionis certamine se ostendit, & divisa membra in unum corpus redire festinant, tunc utrâq; accipienda pax manu, & pedibus in sententiam eundum. sed fortassis recusabunt socij sine suo voto contractum esse foedus cum altero clamitantes. Ferrum miscebunt, & alia hostilia agent. Rectè hoc monuit alter. Nihil tamen in eos,

eos; qvi perrationem justam discedunt  
à foedere, temerè statuendum. Amicis  
nemo temerè irasci debet, ne si re me-  
rentur quidem. Plus proficit amicæ  
correptio, qvam accusatio turbulentia,  
qvam belli molitio. Ad hoc vocantur  
socii, ad hoc exciuntur, ut nobis bellii  
gerantibus adjumento sint, donec pa-  
ce, qvam cupimus, sumus potiti. Ob-  
tentâ hac sibi ipsis inscijs, vel præteri-  
tis, ab armis secedere debent. Inju-  
stum est, qvicqvid ultrà moliuntur.  
Objiciunt pacta cœnventa. At perso-  
nalia sunt, & altero Dacum occiso ex-  
tinguuntur. Et ipsi, qvorum maxi-  
mè interest, plus de suâ solliciti sint sa-  
lute necesse est, qvam socij, qvorum  
spes & impius lucri furor divitijs tan-  
tum, regniq; gaziis inhiat. Præsertim  
cùm adeò res succisæ, adeò omnia in-  
lubrico sunt, ut si ipsa bona fortuna  
veniat, vix servare possit. Non nun-  
qvam qvi bonus est, pereum, qvi de-  
terior est, voto suo fraudatur; unius  
autem egregiæ virtutis titulo quisq;

magis elucescit, qvām splendidissimæ  
luxuriæ instrumento, & omni leno-  
cino vanitatis. Si verò munera, si  
dona tanqvām benè meritis decernun-  
tur, & illi abnuunt, qvid faciendum?  
Deo res committenda; illæ præfra-  
ctos & sanguinolentos ulciscitur; &  
si armis impetum faciunt, armis depel-  
lendi. Nulla sanè tam gravis excogi-  
tari coercitio potest, qvā non dignè  
raptiores isti, & violatores amicorum  
afficiantur. Et quid non agit, quid  
non audet scelerata habendi cupido;  
præsertim apud eos, qui se in armis jus  
ferre ajunt, qui suarum victoriarum,  
elati cursu, reti urbes capiunt, qvibus  
dormientibus Dij omnia conficiunt, &  
in sinum illis de cœlo victoria devolat?  
Sed moderatè illa utantur. Nunqvām  
potest esse diuturnum, cui non subsit  
ratio. Licet ipsis aspirare fortuna vi-  
deatur, tamen ad ultimum temeritati  
non sufficit. Illa qvos plurimis bene-  
ficijs ornavit, ad duriorem reservare so-  
let casum. **Caveant illi, & fortunam**  
**reverent**

reverenter habeant; neq; regnum ani-  
mo cupiant, mente coqvant, lictores  
cum fascibus circumferant; tandem  
bona causa triumpho potitur. Nec  
prælij unius eventu pavesendum.  
Mars communis, & victos sæpè erigit,  
& affligit Victorem. Infirmi ingenij est,  
lapso aliquo summæ rei diffidere, cùm  
exiguis momentis subitò inclinentur  
omnia, qvæ in bello geruntur. Res  
belli cæcos habet eventus. Fortuna per  
omnia humana, maximè in res bellicas  
potens. *Mibi autem* non majorum  
nostrorum copias objice. Nimiùm  
copiosi exercitus magis propriâ mul-  
titudine, qvam hostium virtute depre-  
si. Stultum est maximam victoriae si-  
duciam in numero reponere. Exer-  
citata paucitas ad victoriam promptior  
est, qvam rufis & illecta multitudo.  
Perennemne horumce reris victoriam?  
Temeritas ubi primum impetum effu-  
dit, velut qvædam animalia amissio a-  
culeo, torpet. Et licet felicitas aspi-  
rare videatur, tamen ad ultimum te-  
meritati

meritati non sufficit. In excellum tol-  
luntur, ut graviori lapsu tandem cor-  
ruant, & mortalibus exemplo sint,  
qvām sit caduca felicitas hominis ab in-  
fimā ad excelsam sortem aspirantis.  
Sic dum dibaphum cogitant, infector  
eos moratur. Devoventur autem illi  
adversis plerumq; rebus, subditis in-  
clinantibus ad suos ope & consilio;  
imò adhortationibus etiam juvantib;  
Obganiunt boni illi viri, qvì causam  
ex eventu dijudicant, ac si non ille stu-  
torum magister; Principi nihil agen-  
dum fuisse sine sociorum voluntate.  
Ac si Princeps, qvi potissimas in Repu-  
blicā occupat partes, socios, qvibus mi-  
litum loco utitur, in consilium adhi-  
bere deberet. Dux sine militibus con-  
silia init, pacem disponit, non ipsorum  
reqvirit autoritatem. Et debellatis  
sociis, captis, fugatisq;, vel occisis eo-  
rum ducibus, qvem se gerat, non vi-  
deo. Oblatam pacem recuset, vel ab-  
nuat, dementis foret & insani. So-  
ciosne consuleret, nullā in eorum ar-

mis

mis spe restante? Præserium cùm oca-  
ciso supremo Principe ceteri duces se-  
cessum faciunt, factiones alunt. Larva  
sic tumultuantum capit, nec satis  
fuos audet respicere. Summa Majestas  
inferioremne suis adjungat votis, suo  
ordini? Præserium nec dignitate, nec  
generis nobilitate aut nationis excel-  
lentiâ parem? Nec subditorum est do  
Principis consilijs, ausisq;, qvibus in-  
ductus fuerit, cam hoste, cum illo,  
cujus membrum erat, pacisci. Curent  
illi res suas; Principibus caræ sit Rei-  
publicæ salus, qvam illi rumorum avi-  
di suâ prægravant garrulitate. Sua-  
euq; salus curæ. Si æterna semper o-  
dia mortales gerant, nec cæptus furor  
ex animo cedat, Sed arma felix teneat,  
infelix paret, nihil bella relinquent.  
Tunc vastis arvis svalabit ager, altas ci-  
nis subditâ tectis face sepultas obrueti-  
gentes. Ut ut est, necessitate compa-  
rata pax, à socijs non est disturbanda;  
præserim ubi de auxilio horum nihil  
spei est. Caduco enim parieti incli-

nans,

nans, unà ruit... Vicinum amicum  
volo; sed non in proprio regno adju-  
torem, sed non militem. Sed cùm  
fatorum benignitate, & virtute militū  
*id actum sit*, Regum serenissime, qvod  
bello, armisq; in Syriâ agendum erat,  
lætemur maximè. Cæsi in Æmathiâ  
sunt hostium exercitus, oppida eorum  
omnia recuperata, Syriaq; maximâ ex-  
parte aut vi capta, aut recepta in dedi-  
tionem præsidijs tenetur nostris. Re-  
liqua consultatio est, qyonam modo  
perpetuâ pace quietos detineamus.  
**Cœlestē Numen** ita te potentem, ô Rex,  
consilij fecit, ut sit Syria deindè, an  
non sit, in tuâ posuerit manu. Itaq;  
pacem nobis, qvod ad Æmathitas atti-  
net, parare in perpetuum vel firmando  
fœdus, vel inferendo bellum potes. Si  
vis crudelitèr in amicos consulere, in  
socios? Licet turbare regno, licet  
occidere, licet subjugare, licet vastas so-  
litudines facere, undè sociali exercitu  
per hæc magna & diutina bella sæpè usi-  
sumus. Vis rem augere Hebræam ac-  
cessione

cessione hujus provinciæ? Materia cre-  
scendi per summam gloriam suppeditat. Id firmissimum certè imperium  
est, qvo obedientes gaudent. Sed ma-  
turato opus est. Æmathitæ inter  
spem, metumq; suspensi animi sunt.  
Tua utiq; de his cura, fortunatissime Re-  
gum, qvam primùm ut certiores de his  
reddantur, erit. Dum expectatione  
ardent, beneficio præoccupari oportet.  
Nostrum fuit de his differere, ut  
omnium rerum tibi ad consulendum  
esser potestas. Tuum est, tibi qvod ó-  
ptimum, Imperator, nobisq; totide-  
niq; Reipublicæ sit, decernere.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

Ulteriori jam deliberatione super-  
sedendum arbitror, Optimates, cùm  
omnes jam de his sçederibus differuisse  
videam; meliorem ex his eligens sen-  
tentiam qvid facere & qvid gerere de-  
beam, jam mecum constitui. Tu Jo-  
nathan, ut diei jam tempus est, mone

Joránum

Jorāmum, ut ad concilium redeat,  
quid de his decreverim, auditurus.

Jonathān (J. C. Hubn.) abit JO-  
RAMUM (J. Stephani) revoca-  
turus: cum advenienti, ut sellæ  
infedit, ita David loqui pergit.

Res tuas, Optime hospes, prosperè &  
ex animi voto cessisse, vehementè  
gaudeo. Existimo enim ad me etiam  
istius tuæ felicitatis partem pertinere.  
Quandoquidem, ut Sapientium effata  
tradunt, amicorum sunt communia  
& bona & mala. Et verissimè nobis  
qua sinistra fors fuisset etiam infensa,  
nisi mature tervis hujusce conatibus  
obviam issemus. Ea enim humanæ vi-  
tæ miseria, is rerum decursus, ut optimæ  
raro perennent, sine insigni calamita-  
tum jacturæ. Proprium hoc homi-  
num, & præcipue magnis ingenii ob-  
lectatur. Illa quippe in acerbiorem  
redigere statum, & pristino salutis ha-  
bitu viduare contendit. Primò qui-  
dem radios suos hinc indè spargit, ex-  
æcatura quasi fervore radiorum men-  
tis

tiis oculos, ut deinde possit sua detra-  
menta, atdoresq; inspirare saevissimos.  
Sic perenni cursu victoriis nostris alpi-  
rabat Dea illa, ut qvocunq; acies sedie-  
rexisset, hostes cederent, hostes suge-  
rent. Sed nunquam hujus temeto int-  
ebriatus destiti cautum gerere animū,  
aut sapientiam ex victoriis, ex lauro di-  
judicare. Miserrima felicitas; qvæ sei-  
plam ignorat, qvæ mentis nervos in  
detrimentum suum dirigit. Res inslo-  
lens victoria, & qvò qvis se magis in ex-  
celso putat, tantò se magis in lubrico es-  
se sentiat. Fefellisset & nos vitreus  
fortis & belli insultus, nisi eā virtute  
fuissemus, ut nihil detrectandum, nihil  
intermittendum putassemus. Virtute  
& viribus niti decet, præsertim cùm ho-  
stes, cùm inimici instant, cùm alterum  
supplantare nituntur. Aemathia enim  
subacta toti Judæorum genti indixi-  
sent bellum. Inundabant fulgentia  
vexilla, armorum horror totos cam-  
pos implicabat formidine; tympano-  
rum, tubarumq; concentu cavæ strepe-  
bant

bant convales, omnia hostilia patra-  
bantur, jus & virtus in armis posita e-  
rat; innocuos passim trucidabant, pas-  
sim acinace sternebantur insontes; fu-  
mabant villarum culmina, gemebat  
sub pedibus furentium tellus. Nec  
hac calamitate immunis erat siderum  
regio. Astrorum fulgens aurum tri-  
sti fumo incendiorum obfuscari, nigrâ  
nocte miserrâ hominum labores flori-  
dam suam faciem Luna obtegere; a-  
cerrimus nimbus pervadere planicie;  
procul latitantibus armorum tristem  
sonum, & acres properantium eqvo-  
rum hinnitus deferre. Adeò nec ab-  
sconditi vacabant belli curâ. Ante  
urbem, caput gentis elegerunt castra.  
Illuc posuere signa. Parabantur jam  
tormenta, crates, scalæ, omnibus sum-  
mâ ope nitentibus sociorum potentissi-  
mum perdere. Quid hoc in incen-  
dio nobis fuisse animi auguraris, nobi-  
lissime Juvenum? Ipsa res loquitur.  
Continuò expeditivimus militem; Tri-  
buni, Centurionesq; sub vexilla se-  
con.

contulerunt. Qvisq; bellica paravit  
arma, qvisq; socios juvare voluit. **Joh-**  
**bu**s habitō delectu signum colligendi  
vasa dedit. Hnde profecti non prius  
destitueri, qvam in conspectum venere  
holium. Qvicquid gestum, qvicquid  
effectum, stravisse juvenū, ipse nosti.  
Ex te vero nos ceteri. Eventum refe-  
licissimum ex animo gratulor. Pen-  
satur utilitate fructus labor. Bonis  
qvippe familiare est studia bona cumu-  
lare, qvorum gratiam non sentiunt pe-  
rire. Nullā acerbitate fortunæ, nul-  
lis sordibus charæ evilescit precium  
pietatis ; Nec ulla jucundior medici-  
na doloris, amicorum condolentiæ.  
Egregij enim, & veri candoris est, a-  
micorum aspera fortuna tristari, latâ  
gaudere. Itaq; & tecum hoc tuo pro-  
sperrimo successu, & qvôd hostes cæsi,  
& qvôd maximum, qvod illustrissimū,  
capti eorum Reguli, nostris præcipue  
viribus, latamur. **summo illi rerum**  
**Arbitro**, cuius est victorias largiri, de-  
pressos auxilio juvare, latam reducere  
fortu-

fortunam, ab utroq; gratiæ sunt agen-  
dæ. Ille auxilio nobis suo præstò fuit,  
ille hostes fudit, fugavitq;. Sine eo ni-  
hil humano generi auxiliij supereft, ni-  
hil virium. Rogandus ille, supplica-  
tionibus invitandus ille à nobis, ut fe-  
licitatem illam augeat, prosperam con-  
servet fortunam, & hanc dignetur con-  
summare felicitèr. Præcipuè bonam  
indat mentem, ne victoriarum cursu  
elatis suæ vires creent damnum. Cùm  
*autem* regna stent prudentiâ; ; bono  
Principi duo munia incumbunt : regat  
& defendat sua, qvæ illi fatorum injun-  
xit ordo. Et in hoc consistit similitu-  
do, & imago boni Principis cum sum-  
mo Numine. Illud enim non tantum  
gubernat mundum, non tantum regit;  
sed & curam conservandi orbem, &  
defendendi gerit. Non tantum homi-  
nibus bona dat, res auget, & fortunat;  
sed, in qvo cardo præcipuè bonitatis  
vertitur, bonitate suâ malorum Ocea-  
num ab hisce avertuncat. Huic simi-  
lis Princeps non tantum bene subditos  
suos

suos regere tenetur, sed & defendere,  
sed patrocinari. Curet, & prospiciat,  
ne damni quid Respublica, ne subditū  
accipiant. Itaq; aggeres educit, mu-  
nimenta locat, milites in præsidia or-  
dinat, & omnia facit, qvibus regnum  
suum hostibus publicis impervium  
reddat. Pacis enim tempore de bello  
agitandum; Paranda ea sunt, qvæ ad  
bellum faciunt. Exercendi homines,  
ordinanda vexilla, ut tutiūs hostes ag-  
gredi possit. Infirmitor etiam agmine,  
majores hostium copias pessumdat, si  
exercitatam paucitatem educat ad bel-  
lum. Malè sanè agitur, cum homines  
in diem vivunt, cùm præsentia parūm  
respiciunt. Ubi bellum intonat, ubi  
Mars tristi formidine mentes quatit,  
serò paratur defensio. Tutissimè da-  
mnum cavemus, cùm res in integro  
sunt, cùm nondum sunt accisæ; qvibus  
potissimum foedera inserviunt. Illis  
paratur virtus exercitata, quæ in tem-  
pore succurrat, qvibus tuti simus con-  
tra omnes fortis insultus. Genere

H con-

conjuncti amici alienant se sceleribus;  
arctius consensu virtutum, qvam co-  
gnatione sanguinis astringitur. Lege  
enim naturali jubetur qvisq; sibi subsi-  
dium parare, qvâ ratione possit, modò  
non repugnet Legi Divinæ, aut ratio-  
nis bilanci. Illud honestum est, qvod  
à jussu Coelici Numinis non discrepat.  
Introductos hos foederum ritus à Ma-  
joribus nostris videmus, qvorum ve-  
stigiis niti & nos decet. Sapientum au-  
thoritate jubemur subsidia nobis para-  
re. Qvamvis Deus omnium subsidio-  
rum instar; non tamen ille sine mediis  
agere volt. Omnia qvidem bona dat,  
sed non sine labore, non sine sudore.  
Laborandum, & Deo annitendum, ut  
salus cuiq; tutas sit. Extremæ siqvidem  
dementiæ, oblatam salutem rejicere, &  
spernere. Quid Princeps agat, cùm uti-  
lem videat foederum religionem genti-  
suæ, sibiq; ? Jucundum, amicos habe-  
re, qvibus animi nostri secreta concre-  
di possunt. Nihil jucundius, qvam  
habere, in quo calamitas acquiescat.

Amico-

Amicorum mœror ad doloris levationem plurimum momenti habet. Nihil sanè in rebus humanis excogitavit natura præstantius amicitiâ ; nullum concordiâ contra fortunam majus auxilium. Infractæ fortunæ homines amicorum studia desiderant, vel præsidii, vel solatii gratiâ. Nec jucunda, sed & necessaria feederum contractio summis Magnatibus. Sine his enim libertas non salva manet, non integra. Facilè hostis potentior exurgens de summa rerum decertat; & prælio, belloq; viator, ex libertate in captivitatem trahit. Primo enim ex despectâ dignitate nascitur contemptus; Inde aliena invadendi cupiditas; cui suffragatur tandem bellum. Omne autem futurum incertum est, & ad deteriora certius. In commoda autem aliorum pro præceptis habeamus, ut reliquos timeamus casus. Periculo verò contractis fœderibus, metuq; vacamus, ne potentior quis bellum inferat, sociorum copiâ & auxilio tuti. Itaq; spavissime hospes,

H 2 qvæ

qvæ fœdera inter nos antea contracta  
sunt, ea renovabimus. Nec, qvod si  
lentio meo suspensum te habui, crede,  
optime Juvenum, me ambiguâ consul-  
tatione versâsse, an essem relinquentus,  
id est, an paulò neqvior ipsis esse vel-  
lem Syrorum Tyrannis. Sed me  
prædonum, non nunc primùm à me  
damnatorum, scelus monuit, rursusq;  
meæ sortis felicitas, qvâ amicitiæ tuæ  
conjungor. Nam seu te, mellitissime  
hos̄pes, seu causam, seu benevolentiam  
in me respicio, sensimq; pondero, tan-  
tâ verecundiâ tibi conjunctus sum, ut  
negare nil liceat. Fœdus, & amici-  
tiam renovabimus. Cuicunq; hostis  
obtigerit, alter obstringetur succurre-  
re, suppetiasq; ferre. Partâ pace salvi  
exercitus abducantur, sine ullâ fraude  
& damno. Pacatæ gentes mutuo  
commerciorum usu exerceantur; Viæ  
turæ sint & latronibus vacent. Syria  
vero, & qvæcunq; suorum Regulorum  
fuerunt, restituantur ipsis, cum hac  
cautione, ut Thaubâ & Barathenâ ur-  
bibus

bibus cedat ad rāzerū, & stipendium  
annum mille talentorum exsolvat.  
*Ad* dabit octingenta talenta; & Da-  
masci prāsidium nostrorum alet mi-  
litum. Nullum amplius mihi vel tibi  
moveant bellum. Æmathia integrā  
restituatur; noster exercitus tibi seu vi  
capta oppida, seu ditione, seu obsi-  
dione, relinqvit integrā. Captivi u-  
triusq; nationis libertati sunt. Qui apud  
unum perduellionis reus judicatur, ne  
apud alterum numeretur inter ho-  
stos. Utriq; liberum sit, foederi ad-  
dere alicyid, vel demere, consensu ca-  
men alterius. Quando igitur ita res  
nostræ sunt, omnia mihi posthabeo.  
Utere regni mei viribus, sciasq; in te  
colendo nihil me tuo cessurum patri,  
neq; impunè, me vivo, futurum Re-  
gulis illis, vel aliis, svariissime hospes, qui  
tui Patris canos, qui tuam juventutem,  
susque deque ducunt nefariò haben-  
dam.

JORAMUS , Æmathiæ  
Princeps.

JOACHIMUS STEPHANI Gu-  
strovio-Megapolitanus.

Hoc erat, *Imperator*, qvod Virtus  
spondebat tua ; qvod tua benignitas  
policebatur. Pulcerrimum, tutissi-  
mumq; in Virtute spem positam ha-  
bere. Omnia adsunt bona, qvem pe-  
nes est virtus. Nihil enim tām altē  
natura constituit, qvō Virtus enī non  
possit. Virtus antecedat ; tutum erit  
omne vestigium. Et hāc tuā Virtute  
effecisti, ô Rex, ut, magisne mirer fœ-  
deris contractas leges, qvām servatam  
sociis fidem illibatam, dubitem. Al-  
teram lauream, triumpho, belloq; par-  
tem, militum pars & virtus sibi vendi-  
cat. Illi enim adeò se Viros gesserunt,  
ut nemo illorum sit, qui non haberit me-  
reatur fortissimus. Pugnavére non  
tantūm pro sociorum salute, sed & pro  
suā. Videbant enim, nobis bello de-  
pressis, hostes ulterius promoturos ex-  
ercitum

ercitum. Igitur fidem liberavere suam.  
Pro libertate, pro sociorum laribus  
ea gesserunt, ut pileati jam audeamus  
procedere. Nihil magnitudo, nihil  
ficta hostium ferocia timoris incussum.  
Sævitiam exardentes pœnas nefariæ suæ  
molitionis dedere. Et in posterum  
etiam illud audebunt. Video flagran-  
tes militum animos hoc spondere.  
Imperatoris sui jussa sequuntur, se-  
quuntur virtutem; cuius laurea hac  
altera est. Laus ea honestior, quæ sœ-  
deribus paratur, non sangvine. Hu-  
manitatis iuxta est, subditis, afflictisq;  
succurrere. Arbitramur enim vicinis  
mutuam concordiam, mutua foedera  
maxime conducere. Dextrâ sinistræ  
opus est; mutuum vicinis Regibus vin-  
culum. Saluberrimum hoc vivendi  
genus. Horrenda enim discordia  
qvid aliud creat, qvam acerrimos tem-  
pestatum motus. Harum impetu ex-  
citi finitimi Regum, bellis se infestant,  
sæva nascitur tyrannis, alteriusq; furo-  
rem sanguine satiant subditi. Sollici-  
tus

tus semp̄ sit Princeps, ne qvid re levī  
vel verbo committat inculpatæ parum  
congruens honestati. Morem hunc  
observas, Princeps! Ea enim dexteritas  
tua, ut nihil indeliberatum agas. Con-  
junctis consilijs, conjunctis viribus res-  
crescunt. Hostem adversum homini  
strenuo opprimere haut difficile est.  
Licet sævissimus ingruat, conjunctis  
tamen viribus repellitur, removetur,  
sternitur. At ubi membra dissoluta,  
facillimè minimus hostis regnum inva-  
dere potest. Amisā moderatione ne-  
qvit concordia retinaci. Concordia est  
infirmis potentiae causa; neq; enim hæc  
sine viribus, neq; vires sine concordia  
sufficiunt. Nihil autem potest esse diu-  
turnum, cui non subest ratio. Clarus  
sangvis, sine prudentiâ elationem pa-  
rit, potentiam affectat, conculcat infe-  
riores, pares contemnit, superiores ha-  
bere dēsignatur. Cum hoc, tanquam  
hoste, de jure dimicandum. Ocio  
discordiæ nutriuntur. At ubi necessi-  
tas incubat, postpositis privatis causis,  
odijsq;

edij;sq; in commune consultur. Oe-  
dinum conjunctio ad salutem Reipub-  
licæ pertinet. Hac ratione Pax con-  
stituitur. Multæ qvænqvam de his sen-  
tentiaæ fuérunt sœderibus; tamen tua  
benignitas, tuus candor ad meliorem  
inclinavit partem. Variis certatum  
argumentis, an fœdus ferendum, an  
recipiendum esset. Tuæ virtutis fuit,  
contractum & sanctum hactenùs habi-  
tum non rumpere, sed firmare, sed per-  
enniare. In gratiâ, hoc officio allecii graviora  
cogitamus. Meliores judicabis, opti-  
me hospes. Qyæ enim vis, qvæ insania  
ab hospitibus, ab amicis, justissimo in-  
surgeret Regi? Sed qvia hac nec de  
nobis vereris, æqvum esse arbitror, hac  
re supersedere. Extinctum est æqvita-  
te bellum omne conservatione fœde-  
rum. Unicum te respicimus, unicum  
vetemur, unicum colimus. Sine te e-  
nim, sine hac beneficentia, optime ho-  
spes, qvâ cùm anteà, nùm hodiè vel ma-  
xime usus es, degentes nullatenùs feli-

ces esse possumus. Ergò omnes tibi  
communi suffragio *Æmathitæ*, & ego  
ipsorum nomine, qui te salvum, tuos  
que volumus, gratias toto agimus ani-  
mo, rogamusq; ut hæc membra, hos  
artus in defensionem, in obseqvium  
tuum recipias. Èa fide beneficium ac-  
ceptum merebimur, ne in ingratos, ne  
in barbaros collatum esse videatur. O-  
mnes idem sentire pro certo puta. O-  
mnium manus hoc pollicentur, omniū  
animi. Me suæ causæ oratorem dixé-  
re; Ideò & huic placito obsecundare,  
& qvod fœderibus confirmatis, amici-  
tiāq; inter utramq; gentem contradic-  
præcipuè fieri debet, in animo habui.  
Lætari enim omnes, non ut de nostrâ  
tantum, sed omnium incolumentate vi-  
deo. Qvod autem me concernit, non  
duntaxat his pæctis lætor, sed & inter  
summa meorum votorum, felicitatisq;  
numero, me huic legationi destinatum,  
ut voltus tuos, gentium gloriofissime  
*Imperator*, præsens viderem, inq; ru-  
dimentum veræ virtutis tuis imbuerer  
moribus.

moribus. Summa votoram fuit, ad regiam tuam pervenire. Hoc consilio Legati insulas sumsi; hoc consilio patriam, patremq; tuos in mores, tuasq; virtutes jubentem inspicere, reliqui, & Judæam, tanquam terrarum omnium, te rectore felicissimam seqvutus sum. Cur non glorier, visum esse me dignum, qvi Legati vicem subirem? Certè ut de amore, de fide tuis concedam, ita præstabo, ne in te colendo, qvisquam tuorum diligentior fuerit. Qvod si armis meis & manibus uti placebit, intelliges viliorem mihi vitam impensis tuis esse.

## DAVID Rex.

JOHANNES HOLTORF.

Summà modestiâ, *svavissime Juvenâ,* auges beneficium, qvod naturali juri debo, & maximè qvidem humanitatis studio Nihil non magnum, nihil non arduum in hospites, in socios conferri potest. Veni in regiam, *mortalium cbarissime*, felicitatis nostræ com-

H 6 par.

par. Eperiéris omnibus officiis, nul-  
los nobis chariores, qvām qvi ab exter-  
nis regionibus virtutem non debitam,  
nata meū Judææ ultrò afferunt. Indo-  
le & arcano inter præstantes Viros ge-  
nio mihi conciliatus es. Inter felicita-  
tis meæ titulos numerabo, tantam apud  
me ad Virtutem eruditæ indolem,

---

## EPILOGUS.

DAVID MATTHÆUS SCHÜLER

Gustrovio - Megapolitanus.

Sæpè fit, *Principes illustrissimi Dni.*  
*Clementissimi, & A. Cl.* ut homines a-  
liena, duci p[ro]le conexjā, invadentes, ijs,  
qvæ possident, excidant. Accidit his,  
qvod Pyrrho, *Epirotarum Regi*; eve-  
nisse scribunt Historici. Hunc expe-  
ditionis in Italiam percupidum Cineas  
sapienter admonebat; Quid, inqviens,  
& Rex, occupata Italiam faciemus? Vici-  
na, respondere Pyrrhus, nobis Sicilia  
tentanda erit, Insula dives, populosa,  
& captiu facilis. At qvid inde, infit CI-

neas?

news? Trajiciemus, inquit Pyrrhus, in  
Africam, ibi Carthago nostra erit ad nu-  
tum. Sed ubi rerum, excipit Cineas,  
potius sumus, quid tandem? In alio o-  
cio, inquit Pyrrhus subridens, vivemus,  
compotabimus, & mutuis sermonibus  
oblectabimus. Ecquid verò, inquit Ci-  
neas, jam obstat, quo minus compo-  
tationibus & sermonibus mutuis nos  
oblectemus, cum ad manum sint ea,  
undè hæc facere possimus, nec indigea-  
mus ijs, quæ sudore & fortassis sangvi-  
ne nostro indigent? Rectè omnino  
hic Cineas; cui si Pyrrhus paruisse, cer-  
ta in discrimen non induxisset propter  
incerta. Ab omnibus enim omnium  
temporum sapientibus statutum est ha-  
bitum, aliena sic quendam appetuisse,  
ut de suis periclitaretur. Ecquem  
Pyrrho melius comparare poterimus,  
quam Adrazerum nostrum? Debebat  
ille originem Arabiæ incolis omnium  
scelestissimis, Rhaabenis dictis, & qui-  
dem pago vili. Incolæ hujus se fate-  
bantur servos, serviisq; asservi prom-

ptâ jugum cervice subibant. *Arachus*  
sive *Rehob*, pater ejus latrocinijs victimum  
qværere. Hinc qvalis pater, talis fi-  
lius; nec enim minor & segnior, sed &  
major & exercitator illo ad raptum e-  
vadere. Regna qvippè in sodalitio la-  
tronum manipuli aggressus omni cri-  
minum labe cepit. Jamq; rem à sordi-  
dis & sceleratis exortam initiis eò po-  
tentia provexerat, ut suâ laborare vi-  
deretur magnitudine. Verùm hanc  
felicitatem concoquere non poterat,  
sed manus prædatrices, & sanguinem  
fundere assuetas extendit ad vicinos  
*Syriæ Regulos*, qvos inter *Æmathiæ*  
*Rex Theno* erat, *Davidi* hospitio & fœ-  
dere junctus. Pari in hos saevitiâ ac  
tyrannide debacchabatur, neq; obcurè  
innuebat, eâdem se facilitate sub jugum  
suum *Israëlitas* redacturum, si hos Mar-  
ti suo cedere coëgisset. Itaq; spoliare  
passim delubra, sacra profanare, omnia  
ad se trahere, rapere; verecundiam &  
pudorem turpare, sacraq; & profana,  
divina & humana uno impetu confun-  
dere.

dere. Nationes florentissimas contra  
pacta conventa subjugare, subjugatas  
miseris modis trucidare, vel servitiis  
morte acerbioribus mancipare. Non  
verò tulit hanc tyrannidem *Numen*  
*cælestē*, sed per suum servum *Davidem*  
*Joabi* operā agmen tūm ejus, tūm *Adra-*  
*zerru* bonis jamtum vi & injuriā partis  
tranqvillē frui, si per cupiditatem po-  
tuisset jam partis acqviescere. Sed  
specie bonorum inani objectā excu-  
tiebat etiam ex manibus ea, qvæ jam  
tenebat. Qvis jam neget *utrumq;*  
*Regem* eandem diversis temporibus &  
à diversis hostibus fortunam expertum  
fuisse.

Vidimus *Adrazerum*, ejus mores,  
injustitiam, avaritiam, tyrannidem. A  
qvibus omnibus alienissimus erat *Da-*  
*vid*. Et ut leviter saltim rem perstrin-  
gamus; *Justitiae* erat deditissimus, ne-  
mini

mini sua, si ab *Uria* secedimus, vi eri-  
piens. Avaritiam odio prosequeba-  
tur, adeo usq; ut thesauro minimè suo  
inferret, sed *Domino*, ejusq; ædi olim à  
filio extruendæ, bello parta, & ab alijs  
aliundè transmissa consecraret. Ty-  
rannis verò & insolentia ex victoriis re-  
filiens à laribus ejus omninò exulabat.  
Res est cum summâ difficultate con-  
 juncta ad gradus honorum pervenisse,  
nec tamen animo fastum ejecisse. So-  
letq; ut plurimū victoria benevolen-  
tiam exuere : Sed *David* noster in-  
splendore summæ dignitatis & fortunæ  
propitiæ memor propriæ conditionis  
malebat clemens audire victor inde-  
victos hostes, qvam sœvus & immanis  
tyrannus. Vindictam nōrat à Princi-  
pe victore crudeliùs factam severè à  
DEO puniri. Fassum hoc ipsum scie-  
bat *Adonibezek*, conquestum sibi à Ju-  
dæis idem contigisse, & jure qvidem ji-  
qvod in 70 Regibus perpetraverat, qui  
amputatis manuum & pedum summi-  
tatibus reliquias ciborum sub mensâ  
suâ

suā legiſſent. Reddiſſe itaq; ſibi  
DEUM, ſicut alijs feciſſet. Et niſi Deus  
redit talibus ~~ā~~ p. Cātō vivētibus,  
certē in inferno poenas illis dupli-  
cat. Adeo uſq; ſemper comitem ſibi crude-  
litas annexam habet divinam vindi-  
cam.

Cū etiam foederum in Rep. ſum-  
ma ſit neceſſas, ſumma utilitas; Prin-  
cipi probē attendendum, qvibuscum  
& cum cujus fidei ac religionis Princi-  
pibus foedera contrahat. Ut pluri-  
mū enī locum hīc habet, qvod Ly-  
ſander dixit: Pueros aſtragalis ludere;  
Reges & Principes iuramentis & foede-  
ribus. Ut ergo foedera firma ſint, ob-  
ſervanda ſeqventia: Ne potens impo-  
tentij jungatur; ne de qvāvis levi occa-  
ſione & prætextu impotens à potente  
ſupprimatur. Ne foedera cum nimis  
remotis ineat, ſed potius cum viciniis,  
qui preſſo ab hoſte vocati citò poſſint  
auxiliari. Siqvidem à bonā vicinitate  
pendet ſalus cujusq; privati, civitatis,  
principatū, regnorū. Fugiendaq; voq;  
expref.

express. èmpiorum conjunctio, qvæ  
les hodiè sunt Turcæ, qvorum salvâ  
conscientiâ nemini Principum Chri-  
stianorum fœdera ambire licet, ut ijs  
alium se potentiores sibi substernat.  
Hæc fœdera sunt invisa Deo noxiaq; &  
perniciosa cōtrahentib⁹; cū ut plurimū  
oriātur ex diffidētiā, qvæ à Deo recedit,  
& ad hominum auxilia confugit. Ex-  
empla prostant partim in sacris, par-  
tim profanis historicis, qvæ domi per  
ocium legisse qvemq; juvabit. Nos  
hic metam esse actioni nostræ volu-  
mus, non ignari, plures in eâ contine-  
xi doctrinas. Illas autem vobis medi-  
andas reñiqvimus, & vobis illustris-  
simi Principes, Domini Clementissi-  
mi, Viri insuper Magnifici, Amplissimi,  
Clarissimi, vestræ inqvam præsentiaæ,  
quâ nostrum Actum clementissimè or-  
nare voluistis, nec non auscultationi  
benevolæ gratias agimus devotas & so-  
lemnes, & ex fibris cordium penitissi-  
mis deductas; reddituri etiam si olim  
per facultates licebit. Interim  
valete & plaudite. Me.

1919.2

Meliori loco ponj di-  
gna, qvia seriūs fuerunt trans-  
missa, ut calci affigantur, non æ-  
grè ferent Clariss. Autores.

### Epigramma.

in

DRAMA Sacro-Politicum.

Dn. ELIAE SCHEDII P.L.C.

SCHEDIUS Aenij cultor celeberrimus

Horti,

Atq; comas lauru qui decoratus erat,  
Ingenij propter dotes, & Apollinis ar-  
tes,

Proh dolor ! in vivis desijt esse, jacet.  
Corpore sed quamvis discesserit Ille, re-  
lictis.

In scriptis supereſt, vivet & usq; tamē  
Cujus testis erit præclara TRAGOEDIA,  
qvæ sat.

Detectam faciem temporis hujus  
habet.

Tu,

Tu, superesse studens, doctis assurge  
Camœnis,  
Ingenio vives; Cætera Mortis erunt.  
M. Johannes Stein Pastor  
Rostoch. Nov. 1.

**P**RINCIPIS IDEAM lerido, Vir Clare,  
poliam  
Peniculo, radiis conspicuamq; suū,  
Qvam NATL Geniu grondam, dum fata  
sinebant,  
Expressit sacri Codicis auspicio;  
Et qvæ præterea tractavit digna notatu,  
Digna Cedro, gazū anterenda Tagi,  
Qvod jurat in claram, cœu publica, mit-  
tere lucem; (mer.  
Hinc tuus in NATL fit manifestus| a-  
Qv itibi subtractu qvāq; disparuit o-  
lim. (bes:  
Morte, qviemq; Sui adnumeratus ha-  
bitus tuos oculos errat tamen ejus imago,  
Sapius & vivus mortuum ante redit.  
Sic, qvem vernantijovenem mors abstu-  
lit ayo,  
Præsentem Genii munere semper habes.  
Namq;

Namq; suis tecum loquitur post funera  
scriptū,

Atq; tibi storgen hac ratione movet;  
Ut, quoties legū hic, audi alibspē loquen-  
tem,

Non possū Cineres deminissē pios.

Quām tibi q̄ām carū carum caput ille  
Camerū, (mans.

Quāmq; tui fuerit, quām pietatū ad  
Hac & plura q̄idem tacitā dum mente  
repolyū, (mor.

Curatibī lacrumas, gaudia fundit a-  
Felices alii clypeis censemur avitū,

Tu NATI felix es pietate tui.

Gaude sorte tuā! NATUM post fatale-  
grentem (vat.

Audū, q̄i fessum te querulung; le-  
Dum PRINCEPS, IDE A viri, monumen-  
ta manebunt,

Famatui GNATI non morietur anū.

In honorem defuncti, & gra-  
tiam Senis venerandi

L. Mq;

M, Pancratius Amselius,

P. L. C.

ER-

ERRATA.

A. fol. 1. a. lin. 13. ~~vñv.~~

8. a. l. 1. Intimatio.

9. a. l. 8. Conjuge.

10. a. l. 1. sãpè

12. a. l. 2. Oratione.

B. fol. 1. a. l. 8. septem.

Ibidem. l. 16. annuum.

1. b. l. 2. oblata.

4. a. l. 2. in finitimos.

Ibid. l. 21. Æmathitis

5. b. l. 19. fata.

11. a. l. 20. Joabus.

12. a. l. 24. excussa.

C. fol. 6. a. l. 11. in, pro, ad.

10. a. l. 3. dedi, dedi amicis.

12. a. l. 4. auferendi.

Ib. b. l. 3. ipse.

D. fol. 4. a. l. 7. fotis.

4. a. l. 12. eo, pro eò.

E. fol. 1. a. l. 17. Consilio.

2. a. l. 7. vi vis.


2. b. l. 11. querantur.

4. a. l. 14. sum, pro, esse.


4. b. l.

4. b. l. 21. utrisq;  
6. a l. 17. expunge tò rei.  
9. b. l 24. seriei.  
F. fol. 9 a. l. 19. cura, pro, cum.  
G. fol. 6. a. l. 4. jura.  
7. b. l. 6. ille.

Porro conjuncta dūjungenda, & dū-  
juncta conjungenda, ob Incisa vel per-  
petrām adhibita, vel plane omissa; & alias  
forte leviuscula, qva incuria Typothetae  
irreperunt, tuo, Amice lector, judicio  
committo, seq<sub>z</sub> valere exopto.



deren vormen sind sie  
durchaus verschieden.  
Von dem einen sind sie  
nur auf einer Seite  
auf der anderen Seite  
aber auf beiden Seiten  
vom andern sind sie  
auf beiden Seiten  
gleichartig.















Voceqvæ Jove mem  
con  
  
Ad Oden VI. lib  
minu  
  
Ad Sulamitham  
Perio  
Depredicanda Re  
Castella non mu  
pe  
Magnas; sed ob p  
rum op  
  
SUllamitha & lecto  
Et soporem docta  
Anxias & qvæ pia sa  
Pet  
Saxea tecum, mea lu  
Sint meae sedes utinae  
Sit modus tandem ge  
Pet  
Eata fin verò prohibe  
Euge odoratus repet




Image Engineering Scan Reference Chart TEG63 Serial No. \_\_\_\_\_